

JOANN. PHIL. LAUR. WITHOFFII, J. H. F.
M E D . D O C T .
ACAD. SCIENT. BRITTANN. ET SOCIET. GÖTTING. ADSCRIPTI

20
9

O R A T I O DE RELIGIONE MEDICA

CORAM SENATU POPULOQUE HAMMONENSI
PUBLICÉ d. IV. DECEMBRIS CICICCLII, DICTA,
QUUM ORDINARIAM
HISTORIARUM PHILOSOPHIÆ ET FLOQUENTIÆ
PROFESSIONEM
SOLENNITER CAPESSERET.

HAMMONÆ, TYPIS F. W. UTZII, GYMN. ILL. TYPOGR.

VIRIS
EXCELLENTISSIMIS ET CONSULTISSIMIS
IN SIGNI JUSTITIA, VIRTUTE ET ERUDITIONE
CONSPICUIS

DN. JOANNI HENRICO
SUMMERMANNO
OLIM IN DUISBURGENSI ACADEMIA
UTRIUSQUE JURIS DOCTORI AC PROFESSORI
ORDINARIO CELEBERRIMO,

IN Q U E
CASSELLANA AULA PRÆCIPUIS DIGNITATIBUS
PRÆCLARE NUPER FUNCTO,
NUNC AUTEM
SERENISS: AC POTENTISS: BORUSSIÆ REGI
I N
REGIMINE CLIVENSI AC MARCANO
A B
INTERIORIBUS CONSILII,
ILLUSTRIS HAMMONENSIS GYMNASII
CURATORI PRIMARIO,
TUM ET
SCHOLARCHÆ APUD CLIVENSES
PRUDENTISSIMO;

NEC NON
DN. CHRISTIANO ALBERTO
ZUR HEIDEN,
SEREN. AC POTENTISS. BORUSS. REGI
à
CONSILIIS JUSTITIÆ,
ILLUSTRIS GYMNASII
CURATORI LOCALI PRUDENTISSIMO,
HAMMONENSIS CIVITATIS
HAUD ITA PRIDEM
CONSULI PRIMARIO,
SE SUOSQUE CONATUS
ETIAM ATQUE ETIAM COMMENDANS
ANIMUMQUE SPONDENS
FAVORIS PLANE NON VULGARIS AETERNUM MEMOREM,
OPUSCULUM HOC
INTER ALIOS PLURIMOS LABORES
NATUM
D. D. D.
DEVOTISSIMUS
AUCTOR.



— 1 —

 uandoquidem principes antiquorum Philosophi communem suae quilibet patriae Religionem ab ipsa Virtute sollicite distingue solebant , Virtutique fere omnem cultum deferentes, non nisi ad lubricos infanae plebis animos in officio continendos, aliquo saltem loco Religionem esse finebant; quotusquisque verstrum est, A.A. qui non hoc eorum institutum optimis rationibus se tueri posse arbitretur?

Ipsa sane vox Religio ad persuasiones usque adeo aniles & pene ridiculas ab antiquis saepe Romanis adhibebatur, ut honestatis quilibet & sapientiae curiosus fine censorio quodam supercilium vix, ac ne vix quidem, eas cum animo suo cogitare potuerit. Aeris iste horror &

A 3

obscurus

obscurus in tenebriscosa nocte susurrus; ille foliorum ad-
ulto meridie in silvis leniter concussorum stridor quidam
& sibilans quasi strepitus; & quæcunque alia in teneros
nimis muliercularum puerorumve animos cum tacito, ne-
scio quo, certe Panico quodam terrore se insinuare sol-
ent, illa, inquam, ludibria omnia atque nugamenta e
Religione esse ferebantur. Quot non igitur parasangis
praeposterae ejusmodi Religioni anteferendam illam
masculam Virtutem esse, dicemus?

His vero temporibus viros etiam insigni doctrina praes-
stantes pari modo, Virtutem sollicite a Religione distin-
guendam esse, vociferari; id vero utrum dolorem nostrum,
an indignationem potius mereatur, statuatis ipsi. Reli-
gionis certe, prouti nunc quidem hac voce Christiani uti-
mum, tanta in eliciendis promovendisque virtutibus o-
mnibus non modo efficacia, sed & necessitas est, ut du-
rus ceteroquin nec in omnem assensum adeo pronus illu-
stris ille Schafesburius id non tantum in dubium vocare
non ausus, sed certis etiam rationibus statuere annus
fuerit. Sed & id praeterea vel temerariam certe iniqui-
tatem, vel incredibilem, ne quid acerbius nunc dicam,
imprudentiam satis superque indicare videtur, quoties-
cunque tot tantosque omni pietate atque eruditione praec-
claros viros, quibus & olim & nunc Christiana societas
condecoratur, silentii peplo involvunt; quos licet videre
nollent, vident tamen nihil prius habere, nihil antiquius,
quam ut divina religionis praecepta assiduo usu & medi-
tatione animo tandem inolecant, & laudabilium facto-
rum morumque normae fiant ac fontes sanctissimi. Hos
illi sicco pede praeterire malunt, eorum unice vesaniam
com-

commemorantes, qui, dum coeli majestatem se tueri fingunt, tellurem, si possent, subverterent funditus; qui uno fere eodemque halitu & Deo hymnum concinunt, & in alios homines inhumana vota ac diras eructant.

At eam nunc rerum nostrarum faciem esse apparet, ut multi, spreta Religione, Virtutem concelebrent; plurimi Religionem laudent, neglecta Virtute; paucissimi irrita copula utramque jungere, sedulo allaborent.

Eam autem, quae vos, sectam quanta non odio dignam censeretis, quae non modo neque in Virtutem, neque in Religionem omni opera incumbit, sed omnem potius & Religionem & Virtutem flocci habet, aspernatur, explodit? Hujusmodi esse dicitur Religio Politicorum, Prudentum Religio, Religio Medicorum. Nonne vero illum vel tamquam clamatae & depositae malitiae hominem viperino sanguine pejus perhorresceretis, vel tanquam non sana omnino mente constantem ad affines ablegaretis & agnatos, quicunque sanctissimum illud amicitiae foedus, quod Felicitatem inter & Virtutem, inter Honestum & Utile intercedit, penitus summovere, qui futurorum pro praesenti labore praemiorum gratissimam spem, qua amoenius nihil homini in terris datum est, funditus elidere atque extirpare, improbo molimine tentaret?

Talia certe & tanta sunt, quae ejusmodi scenica religio non quidem perficit, neque enim unquam poterit, sed quo tamen omni ope contendit. Ergone Medici, qui profundo quasi somno sepultum rectae rationis usum malesanis toties pia arte resuscitant, ipsimet ad unum

omnes

omnes digni essent, qui Anticyram navigarent, veterum more caput helleboro purgandi? Intelligitis, ni fallor, A. A. quam nefanda calumnia salutari scientiae maculam inurere conetur.

Hae sunt illae temporum, aut, si mavultis, nostrae potius levitatis admirabiles vices! Quam arcto enim con-nubio Religionem & Medicinam constrictam esse, olim creditum fuerit; praeter lucos istos & templas & ludos non ultimam olim sacri cultus portionem, aliosque divinos honores ipsis etiam Medicis decretos, id Smyrnae quoque nummi, in quibus Medicorum nomina imaginibus Deorum apponebantur, extra omnem dubitationis aleam collocant. Ecquid etiam aliud sibi volunt sublimes illi honorum tituli, quibus non minus se ipsis, quam & opera sua olim exornari gaudebant? Itaque quemadmodum Hippocrates vir ob omni vanitate, si quis alias, plurimum abhorrens, sanctos illos, illorumque labores dicere non erubuit; sic & hos rem sacram, Deorum doctrinam, sapientum hominum studium vocavit is, cui nihil ceteroquin adeo sanctum habetur, quod non maligne ridens acri suo & mordaci stylo compungat, ille hominum risor Deorumque Lucianus. Nunc vero in quam non omnia alia Medicorum res abiret, si talis eorum, qualem diximus, Religio esset?

Antigonum veterem Medicum, quod Hippocratis statuam ture & igne in aedibus suis coleret, idem ille Samosatensis acerrimo suo sale ob Superstitionem perfricat; quem nostris e contrario temporibus per Impietatis causam non risui, sed odio, hominum expositus fuisse.

fuisse. Ergo quibus Superstitionem olim, iisdem nunc Impietatem objici videmus, vitium profecto, si nativam ejus indolem metiri quis velit, priore longe deterius, vulgaribus etiam his dicterioris notatum: OSTENDE MIHI MEDICUM, OSTENDO TIBI ATHEUM: TRES MEDICI, DUO ATHEI; & quae plura hujus farinae sunt alia.

Etsi vero in hoc sapientiae & bonae mentis domicilium me neutiquam eo fine introductum esse, pulcre meminerim, ut, Medicus licet ipse, de Medicis quibusdam veritatibus verba faciam: tamen ab ingenio triclinis istius muneris, quod nunc auspicor, minime alienum videri debet, si Medicorum nunc probitatem utcunque tueri, apud animum meum constituerim. Sane nec Marcum Tullium illum Ciceronem, divinum virum, a sua secta justo longius recessisse putamus, quoties is ejusmodi quoque hominum defensionem sibi impositam esse voluit, quorum tamen & munieris rationem & universum vitae genus a suis institutis discrepare, sciebat.

Neque tamen interea ita mihi suffenus sum, A. A. ut confidam, me istam verborum pompam, istos sonorae orationis numeros, aut ineffabilem denique illam universae dictionis majestatem consequunturum fore, quam cordatissimi omnes in hoc Romanae eloquentiae principe semper admirati, imitati saepe, numquam assequuti fuerunt.

Imo vero eam hujus causae indolem esse, haud ita temere mihi persuasi, ut solis jam rationum viribus

rem omnem omnino confici posse, sine ulla haesitatione existimem. Qui veritatis loco ejus duntaxat speciem cum Lysia apud Platonem amplectuntur, eorum imprimis esse putaverim, byssina quaevis & ad artificiosam aliquam harmoniam composita verba in rationum vicem adhibere. At ego orator coram vobis consisto haud ita multum exercitatus. Ingenue igitur, orbis gesta enarrantium aut Philosophorum more, sine longo verborum syrmate simplici veritati ante oculos ponendae intentus nihil, quod ambitioni magis, quam veritati impendatur, conquiram.

Evidem non dubito, fore plerosque Hippocraticis sacris initiatos, quibus longe magis ex usu nostro videri posset, si, quantum saltē in nobis est, hanc patremur calumniam ex hominum potius memoria excidere, dedecusque propriae gentis multa nocte obrutum prudenter taceremus. Neque ego ab hoc certe consilio in aliud secedere maluisse, si sperari posset, eam inter tot quasi monumenta ab inimicis nostris quorumlibet Medicorum ignominiae erēcta tandem aliquādo hominum oculis se subduceturam esse.

Imo & hoc ipsum sperassimus forsitan, uti saepe speramus id, quod optamus vehementer; nisi ex ipso ordine nostro quidam visi essent, qui plurima errorum semina usquequaque dispergentes, ea unice in AEsculapii scholis progerminare, clament: homines perfidiae frontis, qui nulla penitus accessione Medicorum artem adaugentes ex sua temeritate illis ignominiam, sibi nomen, quod aliunde non habent, parare tentant. Ha-

bet

bet quippe impietas ignis instar, qui difficulter primum in terrae visceribus compressus disploso denique cortice cum ingenti fragore erumpit, & in optima quaevis fumum & pestem suam diffundit. Neque vel idcirco tamen ad justissimam hanc causam tuendam me componerem, si penes illos potissimum rerum nostrarum iudicium esset, qui eas ad rectam rationis lancem quam possint, etiam velint exigere. Nunc vero quot non ubique miseri atheorum imitatores grassantur, qui ejusmodi deliramentis, veluti propriae vesaniae nutrimento, semet oblectant? Ab ejusmodi farinae hominibus quantum, vos obsecro, aequitatem expectaretis, qui decipi & decipere seculum vocant? Itaque hi quoties in scripta talia incidunt, aut irruunt verius, toties ex eorum vultu & scenicis quibusdam gesticulationibus non obscure colligere mihi posse videor, quam insolenti laetitia ea propter exultent, quod probatissimam aliquam scientiam, hanc videlicet Medicinam, non in sui curacionem, sed luis occultae augmentum advocare audeant; degeneres profecto animae & coelestium inanes!

Qui ergo Medicae pietatis contemtoribus haec tenus medium digitum eo potissimum nomine ostendi, quod nullam prope doctrinam invenirem, cui non a suffenis certa quaedam, eaque saepe non benigniora, convitia oggerantur; mutata nunc ratione istam calumniam meruisse censui, cui obex saltem aliquis poneretur: non ut bonorum hoc modo captemus favorem, quem nunquam perdidimus; sed ut ex impiorum manibus arma quaedam, minime ad eos usus parata, extorqueantur.

Benevolam vestram attentionem, A. A. aliqua ipsius causae dignitas sperare posse, rerum varietas conser-
vare, propensi denique vestri in me oculi promittere
videntur. Nimium huic vestrae gratiae sicuti confi-
dam, date mihi veniam, qui spem dedistis.

CONTEMTUS OMNIUM VIRTUTUM OMNISQUE DIVINI CULTUS
saeppe RELIGIO MEDICA, saeppe etiam RELIGIO MEDICOREM
dicitur: ut jure hinc animus in dubio esse queat,
utrum vitium hoc ipsis tantum Medicis, an eorum
etiam Arti imputetur. Inde autem hoc emolumenti no-
bis promanat, ut pluribus idcirco modis defensionem
ipsam instruere liceat. Omnibus enim numeris perfe-
ctam hanc fore appetat, si vel accurate nunc, quan-
tum ipsis Medicinae perpetuum studium promovendae
verae pietati inferviat, vobis enarrarem: Vel potius
egregiam plurimorum Medicorum ad religionis hono-
rem suscepitam operam exponerem: vel si quotquot
inter Medicos unquam impietatis vere convicti fuere
commemorarem, illosque tum cum impiis alterius cu-
jusque sectae hominibus componendo, ex certissima
illa proportione, quae a Geometris nomen accepit, Achil-
laeum aliquod argumentum derivarem: Aut si denique
varias istas causas, unde haec calumnia vel enasci, vel
confirmari potuerit, recenserem. Imo vero quid im-
pedit, quo minus haec adeo diversa ad unum hunc sca-
pum construendo maledicentium impudentiam gravissimo
veluti pondere simul & semel contundamus? Sed
ad hoc ut voluntas mihi adesset, quae plurima adest,
temporis quidem certe non foret satis. Quamobrem
ad ultimum praecipue fontem vos abducturus, defini-
turisque

turusque , unde hoc opprobrium verisimiliter propullu-
laverit , reliqua dicendi argumenta fere missa facere , ne-
cessé habeo.

Quo primum tempore illi , qui divinis omnibus in-
stitutis impie refragantur , Medicae Religionis sequaces
dicti fuerint ; non satis liquet . THOMÆ BROUWNII famo-
sum illum DE RELIGIONE MEDICA libellum appellationi
huic circa medium superioris seculi natales dedisse ,
prima quidem fronte nequaquam incredibile est . Licet
enim ista commentatio minime ad Atheorum palatum
virtuti nervos elidat , ab aliis ceteroquin erroribus non
immunis ; constat tamen , raro illam inter vulgares praecipue
sermones sine sacro aliquo horrore commemo-
rari . Praeterquam vero quod multa alia huic suspicio-
ni omnino reluctantur , ipse etiam Brouwnius in prin-
cipio hujus libelli , Hippocraticam artem jam antea hoc
nomine male audiisse , clare indicat (1) . Praecedente ta-
men seculo decimo septimo ignominiam hanc maximum
robur fuisse naëtam , probabili satis ratione ex illis col-
ligi potest , quae apud THOMAM imprimis BURNETUM de
Italis Medicis , apud JOANNEM BARCLAJUM de Gallis &
DAVIDEM LICHTENHAHNUM de Medicis Belgarum re-
lata

(1) " Ad religionem meam quod attinet ,
licet verisimilia quacdam concurrant , ex
quibus fieri possit conjectura , mihi nul-
lam prorsus esse : cujusmodi sunt , Hoc
vita institutum , quod secutus sum , isto
plerumque nomine male audiens ; " inquit
Brouwnius in principio , RELIGIONIS ME-
DICAR . Eum nonnulli Tyrronifrarum The-
ologorum classi ob hunc libellum &
imprimis ob mitiorem itam opinionem
accensent , qua ethnici honesta vita de-
functis aeternam felicitatem adjudicari
posse , negat . Imo vero eadem cum cen-

soria virgula notant , qua Schafesburyus ,
Baclius , St. Evermondius & Collinus
notari vulgo solent . Quo jure id fiat ,
ex illis querendam est , qui & aequi &
harum rerum scientes sunt , qui ingenio
& experientia instruti hominum men-
tes vere discernere norunt . Talibus , si
quis alius , eximus ille Bernenfius The-
ologus adnumerandus est JOH . FRIDERICUS
STAFFERUS , qui , isto nomine Brouwnium
a quibuldam cuipari , auctor est in suis
" theologiae polemicae institutionibus
tom . 4. pag . 14 .

ata legimus (2) Neque , ante hoc tempus Medicae Religionis nomen ad impietatem significandam usurpatum fuisse , ex probato aliquo scriptore haec tenus constare nobis potuit.

(2) Burnet voyage de Suisse , d' Italie &c , part. 2 , pag. 124 . " Quelques Medecins de Naples sont soupçons d' Athéismes : & à la vérité il faut avouer , qu' il y a en Italie plusieurs personnes d' esprit , lesquelles n' ayant point d' autre idée de la religion Chrétienne , que ce qu' ils en voient chez eux , ne font pas éloignées de n' en rien croire du tout , vides præter medios tamen & alios hic notari . Sed & pagina præcedente de quibusdam aliis eruditis inquit : " Ces personnes sont vues de mauvais oeil par le Clergé , qui les traite d' Athées & de disciples de Ponoponatus (de eo nonnihil deinceps in texu & adjecta not 29. dicemus) : Mais je n' y ai rien marqué de semblable deux ou trois fois , que j' ai eu l' honneur de me trouver avec plusieurs d' entre eux .

Barclajus Satyrici part. I. pag. 50 . " Sed mirabar , inquit , hominum genus totis Fibulli aedibus conve fari imperiosum , triste , severum ; qui nec ingemiscerant ad familiae planctum , & frontes ad tristitiam arte magis , quam sponte contraxerant . Quos ut medicos saepius appellari audiri , non prius interrogare Percantem defi , quam intellegenter omnem religionem differentiationem in tres partes esse distinctam . Hos appellari p̄ficos , illos novates , tertium genus medicorum esse : sed potentissimam factionem mediorum jam latissime dominati : ut quod Spartacus regnum concupiverit nisi servi occuparint . Jam proce um partem , jam magistratum , eruditorum etiam greges rotos confusisse in mediorum scholam haec & talia sententem : Aut Numen solis terroribus fingi , aut si est aliquod , omnia permitti-

" sisse dispensatrici Naturae : Animus ita corporis demicilio infatuatum , ut extremitum carcerem non duret : Denique religionibus sicut vestibus utendum , de quibus & consuetudo & ipsa vulgi inconfessant judices sedent . His infirmitatis docti faciliter peccant in hominum vitam , & novis experimentis radices omnes ac metalla tentant , nec permetunt citem hominum asthmatibus , nec Numeris itam . " Haec Barclajus .

Lichtenhahni in Epistola ad Ahafv. Fritschium in Felleri monumentis ineditis trimenr. 10 pag. 557 . " Non apud nos solum hodie religio medici in proverbiis-quali abit , sed & Belgæ & tribus medicis duos esse Atheos , dicer solet . Testatur id etiam libellus nobilissimus , cuius autor in Anglia Londini adhucdum vivit . Quod impieatis tamen crimen refutatum ivit Carolus Drelincourtius anatomiconrum hodie princeps in oratione sua doctorali Monspeliensili habita , qua medicos jugi Dei operum consideratione atque contemplatione permotos ceteris hominibus religioni additriciores esse , demonstratur . Quae oratio opulculo ejusdem stadium Monspeliensis Apollinis dicto annexa est , impressa Lugd. Batav. 1680 . Izmo . " Sequentia tamen Petri Cunaci viri undequeaque docti ac probi verba bene velim notes : In Batavia his moribus nunc vivitur : postquam dissensus aliquis in controverfis religionis natus est , quicunque veftris litibus se non miscent , iis crimen atheismi objicunt a parte dissentientium . Et profecto ignorare eas , erudita inficta est ; haec Cunacus epistol. pag. 124 . Burnetus sua scriptis 1683 . Barclajus

At quoniam inde jam ab antiquioribus multo seculis malevolentia aliqui suffusi obtrectatores nunquam non extiterunt , qui Medicorum famam aliqua labe adspargere gaudebant ; neceſſe est , ut ejus malevolentiae detegendae cauſa ad verteres scientiae noſtræ professores oculos paulisper converramus . Hi enim , dici vix potest , quam male apud vulgum operam ſuam in diſſecandis humanis corporibus collocaverint : quum nonnulli eorum , & inter hos HEROPHILUS praecipue & ERASISTRATUS ipſos etiam vivos homines a Regibus ex carcere in eum uſum acceptos cruento ſuo examini ſubjicere , ſoliti eſſent . Enimvero in hominibus , qui morte jam alioquin digni crederentur , id non iniquum forte alicui vi- deri poſſet , ſi quidem ita morientes a Medicis ad publicam utilitatem adhibebantur , quam viventes ſuis ſceleribus impediſtre veriti non erant . Licet etiam veterum quaedam non intempeſtiva exculpatio inde peti queat , quod nimia cura in errorem abrepti plurima , quorum mutatio tum maximi , nunc nullius fere momenti habetur , longe aliter in vivis comparata eſſe crederent , quam in mortuis corporibus . Eorum nihilominus crudelitas ita plerisque veſtrum , ſicuti coeca ad- huc anatomicarum rerum ignorantię nobis , vulgo im- probabitur .

Neque

paulo ante & Lichtenhahnii paulo poſt . Antiquiorem vero scriptorem , qui religio- nis medicae nomen ad ſignificandum atheifimum uituperat , haſtentus non inveni . Apud ipſum etiam Cornelium Agrip- pam , qui tanto tamen ſtudio contra

medicos peſſima & inepta quaeviſ con- quirit , nec vola nec veſtigium Imo tantum abeft , ut ob religioſis contem- tum eos noſet , ut ſuperſtitionem potius in illis derideat " de vanitate Scientia- rum pag . 293 . edit Leiden .

Neque sola modo vivorum dissecatio, quam haud ita diu, nec apud multos in usu fuisse scimus, sed ipsa quoque mortuorum tractatio summam illis olim impietatis maculam propterea adspersit, quoniam vita defunctos sine religione attingere, infandum scelus existimabatur. Vulgaris hujus superstitionis scaturigo quum varia sit, non minimum tamen momentum illa praesertim persuasio huc contulit, quod summe infelices post mortem illi crederentur, quibus justa decenti modo soluta non fuissent: hoc est, quorum exuvias non aliquod, qualecunque demum monumentum strueretur. Hinc quorundam vitae suea jacturam in mari praevidentium clamores atque ejulatus, ubi scilicet ad miserias equidem preces decurrere & votis pacisci quilibet, tale vero monumentum vel optare tantum nemò poterat. Ac quoniam horum deinceps manes, lemurum aut spectrorum more, triste & irrequietum oberrare, hominibus etiam credebatur cetera non indoeatis; nonne dolenda haec antiquorum Medicorum sors est, qui, quasi sacris his mortuum aliquem privarent, impietatis notam non nisi difficillime effugere poterant. Haec, inquam, ipsorum sors dolenda est, uti laudanda e contrario summa eorundem pietas, qui bonam famam insanis vulgi clamoribus proscindendam derelinqueret, quam suis commodis publica emolumenta postponere maluerint: quo interim maxime ortum videtur, ut & religionis obtrectatores, & ab omni humanitate puritateque alieni putarentur (3).

Ad

(3) Teste Athenaeo in Deipnosoph. lib. 3. pag. 96. edit. Isaaci Casauboni

Ad hujus iniquissimae suspicionis originem plenius perspiciendam , hoc praeterea curate a vobis teneri velim ; non modo , quemadmodum nunc , ita & olim ineptissimum quemque erronem suis saepe rebus turbatis ex aliorum stupiditate commoda venantem Medicorum nomen audacter arripuisse ; sed & proletario revera hominum generi ex communi & ab omnibus recepto loquendi usu hoc quoque Medicorum nomen concessum fuisse . Quo praeter ocularios herniarumque & calculorum sectores , empirici etiam , tum & balneatores , seplastarii & Medicorum denique servi saepe referebantur . Atque ita nimis extenso hujus appellatio- nis usu , fieri profecto aliter non poterat , quin inter Medicos plurimi occurrerent , qui ex ima plebis fece- emergentes ut nulla virtute imbuti , ita in omnem im- pietatem tanto prioniores essent . Quamobrem in hos saepe jure meritoque antiqui morum censores invehun- tur , taliaque in illis scelera animadvertunt , quae dein in omnes proprie sic dicendos Medicos immerito trans- feruntur .

Inde interim toto die contingere , & olim contigisse constat , ut viri etiam gravitatis & prudentiae laudem habentes , sicuti falsis rerum speciebus saepissime , ita nec raro inanibus quoque vocum sonis se abduci patiantur . Quo pacto ram acerbe contra universam Apol- linarem gentem sensit ille insigni probitate non minus , quam praeclara etiam multarum rerum scientia emi- nens Plinius , Romanorum omnium maxime industrius , cujusque labores si recentiorum plerique curatius imi-

C

taremur ,

taremur , proficeremus & prodeffemus plus , vituperemusque tantum virum minus. Ille vero , dum non majorem aliunde , quam ex Medicina , morum luem evenire queritur (4) , injustam nimis & multo foedissimam culpam salutari arti affinxit. Plura tamen non minus in aliquam exculpationem Plinii , quam in Medicinae defensionem proferre possemus , nisi pauca haec satisfacerent. Diximus quippe jam alias (5) , naturalem hujus viri historiam non exasciatur quoddam suisse numeris absolutum opus , sed Adversaria potius quaedam esse , quibus obvia quaevis , quotquot ad naturam rerum pertinebant , prout tempus , occasio , locus cerebant , sine operosa veritatis indagine inseruit. Quemadmodum igitur nihil a tanto viro nobis traditum temere abjici ; ita nec omnia veluti ex tripode dicta magnifici debent. Accedit ad hoc , quod , quum Plinii aetas in reipublicae Romanae senectutem incideret , gravissima tum quaevis morum lues , ut senium multorum morborum ferox est , per omnes & sacros & profanos ordines non sub doloso veluti cinere glisceret , sed libere & aperta quasi fronte grassaretur. In communi vero omnium corruptione quis sanae mentis homo in spem venire posset , fore , ut piae aliis soli Medici , neficio quo , tutore Genio ab omni labore immunes servarentur ? Quandoquidem vero idem gravissimus auctor paulo post omnem operam in id impendit , ut Artis ipsius dignitatem ingenue tueatur , in illos tantum ar-

ma

(4) Plinius lib. 29. cap. I. " Ita est profecto : lues morum non aliunde major , quam ex medicina .

(5) " In commentatione nostra de Plinii morbo sapientiae novellis hebdomadibus Duisburgensis vulgo Intelligenz - zettel 1751. inserta .

ma convertens, qui licenter ea abutebantur, dubitari profecto nequit, quin per eam praecipue, quam diximus, causam maledictum istud infeliciter in Medicinam redundaverit, quia videlicet tot levis notae homines, quos paulo ante conspeximus, Medicorum ordini adscribi videret.

Tam inquam quum a tanto viro sententiam latam videatis, quantum ergo aequitatis a suffenis ipsis, qui plurimi sunt, & omnis verae eruditionis inanissimis expectare licebit, qui non nisi aliorum perversa facta operose conquirentes multa talia intelligendo faciunt, ut nihil intelligent boni. Fac autem (nam id facturum te praevideo) non solum Medici aliquot servos, sed ipsum etiam Medicum, nec inter corruptissimos solum Romanos, sed nostris etiam temporibus inter populos temperantiae magis deditos reperiri, cuius, ut ita loquar, non modo taedeat Virtutem, sed Medicinam egregie pudeat: fac exstisisse alicubi Bourdelotium aliquem, magnis tamen laudibus a Balzaco (6), viro longe celeberrimo, ornatum, qui ad infanda crimina peragenda & corrumpendos hominum mores artem nostram adhibuisse dicatur. Sane, posteaquam facinus ipsum agnitus fuerit, excuneabimus talem nosmet ipsi; ne putetis, longa vos & contentiosa disputatione opus habituros esse.

C 2

Quid?

(6) Bourdelotius Christini in Suecia medicus & Sorcav ejusdem Reginac chirurgus talia illi auxilia praefitissime dicuntur, quae referre nefas est; tunc Ameloto de la Houssais Memoires historiques tome 2, Eleganter tamquam & ma-

gnopere Balzacus Bourdelorium laudat: vide Lettres de feu M. de BALZAC liv. 5 pag. 408. Iqq. cumque alio nomine non minus extollit GRAAFIUS in dedicatione tractatus de vir. organ. ad Montmorium.

Quid? si e contrario non impii alicujus nebulonis
fcelus, non magni alicujus viri error, sed maximi sane
Medici probatissimum & omnium seculorum comme-
moratione dignissimum facinus in totius nostri ordinis
dedecus violenter detorqueatur, idque non a plebejo,
non a stupido, non cerebrino aut maligno aliquo, sed
a viro ipsomet laudatissimo eximiarumque virtutum mi-
rifice studio: quotusquisque vestrum est, qui talem
impudentiam sine acerrima reprehensione demittendam
esse, existimet? Verum enimvero qui in aliis acre illud
reprehendendi studium nunquam probare consuevi,
dabo nunc quoque operam, ut, si qui velint, nimiam
in me potius lenitatem, quam fervorem nimium cul-
pare possint.

Ad ejusmodi igitur perpetrandam iniquitatem a Mar-
co Catone illo Majore, viro innumerabilibus laudibus
affluente, se post mortem etiam adhiberi expertus est
Hippocrates homo Graecus, qui virtutem Romanam
cum Graeca comitate unus omnium optime conjunxit,
vir tantam artem atque sapientiam suo pectore comple-
xus, ut in omnem aetatem perfectissimum illis exemplar
futurum siet, quicunque inter Medicos bonae menti
operantur, artifex ille admirabilis, qui non interrupto
omnium aetatum consensu inter medentes quoscunque
ita numeratur primus, ut ab eo nemo secundus nume-
retur. Talis quum esset Hippocrates, quumque in
Persarum exercitu dira pestis saevum suum ludum, eum-
que pertinacem, ludere inciperet, ab ipso Artaxerxe
potentissimo rege ad ejus curationem honorifice invi-

tabatur

tabatur. Promittebantur illi praeterea splendidissimae fane dignitates, divitiaeque plane non vulgares, viscus illud & illices animorum. Haec quae omnes alios movere, imo compellere potuissent, Hippocratem certe mouere non poterant ; qui omnia haec & cum his omnibus metuendam potentissimi regis ultricem manum magno animo spernebat. Insidebat quippe fortissimo huic pectori stabilis haec & rata sententia, nequaquam in certissimam suae patriae calamitatem hostili Regis exercitui, quum paratissimus ceteroquin esset, ulla ope succurrere : ita boni, imo optimi civis & publicae utilitatis ultra fidem studiosi officia omni modo suis comodis, suae etiam securitati longe anteferens.

Quo certe loco A. A. si vestra mihi exploranda mens esset, atque ex uno omnium sensu res arbitranda, certus equidem sum, neminem vestrum surrecturum esse, qui tam praeclarum facinus in Graeco praesertim homine etiam atque etiam non laudaret & exoscularetur. Quis nunc mortalium suspicari posset, tam excellens intemeratae fidei specimen a M. Catone, ipso licet artem nostram inter suos utiliter exercente, tanquam fundamentum iactum fuisse, cui deinceps infamem illam calumniam superstrueret, quam, Plinio (7) teste, in universae Graeciae Medicos sine ullo discrimine vibravit. Quando enim filio suo, quem a nimia Graecorum familiaritate removere gestiebat, secure scribit, omnes eorum Me-

C 3

dicos

(7) "Quandounque ista gens suas literas
" dabit, omnia corruptet. Tunc etiam
" magis, si medicos suos huc mittet,
" jurarunt inter se, barbaros necare

" omnes medicina. Sed hoc ipsum mer-
" cete faciunt, ut fides iis sit & facile
" disperdat. "Haec Cato apud Plinium
loc. cit. pag. 525. edit. Froben. fol.

dicos jurejurando adstrictos in Romanos quoscunque parata venena habere : Plutarchus (8) sane fidem nobis facit, inimicissimum hoc dictum Hippocrataeo isti benefacto unice inniti. Video equidem, posse nonnulla in aliquam Catonis gratiam in medium proferri : at puto lenitati meae jam satis me fecisse, qui non modo ad hanc iniuriam ostendendam aternum quodlibet pigmentum, quae Oratorum solet esse consuetudo, sollicite non conquirere, sed ne justissimum quidem aequioris alioquin censoris rigorem atque severitatem exercere voluerim.

Abunde interim apparet, quantam vim ex hoc mendacio illi lucrati sint, qui ad Medicorum pietatem in dubium vocandam stulto quodam pruritu agitantur.

Veruntamen nihil causae invenio, cur inficiari debem, deprehensos hinc inde aliquos esse, qui ad hominum perniciem utilissimam hanc disciplinam adhibuisse ferantur, inimici humani generis, sed nec Medicorum amici. Quid enim sanctum adeo aut divinum esse potest, quod non aliquando ab impiis in multorum detrimentum conversum fuerit ? Vixit seculo decimo sexto talis homo in Genevensi republica, qui pestem illam, quam Hippocrates ad patriae suae usum in hostili exercitu curare solebat, nefando consilio in suae patriae

inte-

(8) " Nec philosophis Graecis modo erat infestus, sed illos quoque, qui medicinam Romae exercebant, habebat similes speciosos : Atque auditio (sicilicet Hippocratica) responso, quum rex eum mercenari cede ostentia mulorum talentorum acciret, nunquam daturum, se operam

" hosibus Graecorum barbaris : Com-
" mune hoc dicebat Medicorum ius-
" randum omnium, monereturque filium,
" ut declinaret omnes. Ita de Catone
Plutarchus in ejus vita pag. 251, oper.
emn, tom. I, edit, Francof, 1620.

interitum propagare tentavit ; majore nunc contemtu etiam post mortem puniendus , nisi gravissima illum poena affectum , sicque ignominiam omnem arti , quae nulla tamen in ipsam inde jure derivari potuit , deter- sam fuisse , addat idem ille , qui flagitium hoc memoriae mandavit , Jacobus Sponius Medicus ipse , multisque aliis scriptis aeternitatem meritus (9).

Ad principum virorum interitum promovendum impulso etiam aliquando Medicos fuisse , non quidem opimos , sed nec cetera etiam pessimos , quis est , qui non dolere , quam cum inquis in Medicae impietatis demonstrationem tales producere malit ? Ita certe ad Dionysium Syracusanum tyrrannum soporifero potu e vivis tollendum Medicos non in consilium arcessitos , sed a Dionysio filio coactos fuisse , testem habemus omni exceptione majorem (10) .

Nimium igitur me esse , fortassis non putaretis , si paulo nunc vehementiore animi verborumque contentionе in Janum Gebhardum , virum ceteroquin minime indoctum , orationis telum stringerem , qui licet ad hoc paricidium perpetrandum Medicos istos vi impulsos fuisse , ex eisdem monumentis intellexisset , NECES tamen inquit , PLERAQUE OCCULTAE REGUM AN NON MEDICORUM

SCELERE

(9) " Non medicus prouie , sed nosodochii chirurgus in hoc seculu cum plurimis aliis confundit , ignitis forcipibus discep- tus : vide " l' Histoire de Geneve par Mr. Spon rectifiée & augmentée ,

(10) Interim in morbum incidit Diony- sius , quo cum gravi confundatur , quae- sitiv a Medicis Dion , quemadmodum " se haberet ? Simulque ab his petiit , &

" forte majori esset periculo , ut fibi fatarentur , nam velle se cum eo colloqui de partiendo regno . Id medici non ruerunt , & ad Dionysium filium retulerunt . Quo ille com- motus , m agendi cum eo esset Dionis potefas , patri soporem medicos dare coeger . Hoc aeger sumto , somno fo- pitus diem obiit supremum . Sunt hæc verba Nepotis in Vita Dionis cap. 2.

SCELERE AC PERFIDIA ACCELERATAE (11)? Longe profecto in tempestivo huic criminatori illa , quamvelut in luculentum testimonium frustra producit, Xenophontis & Eudemii perfidia. Non diffitemur, quod Tacitus commemorat , summum crimen Xenophontis illius fuisse, cum quo neutquam ejusdem nominis aliis confundi debet, qui ex primis sectatoribus Erasistrati nostroque antiquior fuit. Noster autem Xenophon, si modo noster dici mereatur , qui suam ob improbitatem noster esse desiit , dici vix potest , quanti a Claudio Imperatore, cui a valetudine erat, habitus fuerit : tanti nimis, ut unice in ejus gratiam Coi, quorum popularis erat, ab omni tributo in posterum immunes redderentur (12) Nihilominus, singularis hujusmodi clementiae foede immemor , pinnam rapido veneno intinētam miseri hujus Imperatoris faucibus immisisse creditur, ab Agrippina videlicet, indignissima Claudii uxore , conductus , quum illa additum boletis venenum non plenissime voto suo respondere videret (13). Eudemus vero , qui Liviae & Medicus & interioris admissionis amicus erat , in necis conscientiam adhibebatur , quum

fa-

(11) Hem scelus medicorum in aula! nam
“caprandae successoris gratiae desperatae
“tam dominantis valetudinem aut con-
“tra fidem vulgant, aut suo ministerio
“opprimunt extingueantque. Tacitus 6.
cap. 50. de Charile: Qui labi spiritum,
nec ultra biduum duraturum Macroni
firmavit. Inde cuncta colloquios inter-
praefentes, nuncis apud legatos & exerci-
tus festinabantur. Livius lib. 40. 56.
Medicus Calligenes, qui curationi pra-
erat, non expectata morte regis, a pri-
mis desperationis notis nuntios prædispo-

sitos, ita ut convenerat, misit ad Per-
seum. “Et necesse pleraque occultae re-
“gum an non medicorum sceleris ac per-
“fidia acceleratae? de Eudemio Tacitus
“lib. 4. Annal. c. 3. & 2. de Xenophonte
“vid. lib. 12. c. 67. Haec Gebhardus
in Spicilegio pag. 209. tum & in Cor-
nelii editione cum not. var. Amstel.
1675. pag. 162.

(12) Tacitus Annal. lib. 12. pag. 250.
edit. Boxhornii.

(13) ibid. pag. 232.

famosa haec mulier Sejani sui impulsu Drusum maritum veneno summovere decrevisset (14).

Bina haec scelera Gebhardus illic attingit, ut ne nimis audacter, sed jure meritoque in Medicos invectus fuisse videri posset: cui, praeter multa alia, & hoc tamen cogitandum fuisset, non omne id ad Medicorum ignoriam transferendum esse, quod quis ex alia, quam Medici, persona peregisse censerri debet. Quo nomine inter recentiores RODERICUS LOPEZIUS ex Lusitania Iudeus Medicamque artem Londini in aula regia exercens notari meretur. Is partim familiae suae, cuius spectabatur, splendore motus, partim quinquaginta milium aureorum pretio vehementer allectus fidem suam dederat, se Elisabetham felicissimam & aeterna memoria dignissimam Reginam in Hispanorum gratiam interfectorum esse. Et fidem hanc suam solvisset, homo verae fidei expers, nisi maturius scelesti ejus voluntas, quam ipsum scelus in lucem prodiisset, gravissimo suppicio, ut merebatur, expiatum (15). Intelligitis procul

D dubio

(14) ibid. Annal. lib. 4. pag. 120.

(15) Vide; praeter LE CLERC Histoire de Provinces Unies de Pays-Bas, praecipuum hic Wilh. Cambdenum in annalibus rerum Anglicarum auctis edit. Leiden. 1625. ubi pag. 624. "Pro tribunali, inquit, Lopezium paucula fatus Ferreiram & Enanu nuclem totos ex fraudibus compotitos & mendaces clamitat, se nihil mali in reginam cogitasse, sed Tyranni dona exofium ornamentum illud gemmatum ab Hispano missum reginæ donasse: nec aliud quidquam sibi in animo fuisse, quam Hispanum dolo decipere & pecunia emungere. Cae-

"teri pro se nihil, Lopezium subinde coarguentes. Singuli condemnati & post tres menses suppicio ad Tibornas futcas affecti, Lopezio profiteente, se adamare Reginam perinde, ac Jesum Christum, quod a Iudaicas professionis homine non sine risu exceptum. Idem huius Lopezii tentamen accurate descripsit EVERARDUS REYDUS, seu REYNOLDS, ut vulgo vocari solet; qui addit, Lopezium tum temporis senem septuaginta annorum, diuque ab Elisabetha ut archiarum probarissimae fidei exhibitum fuisse. Nonnulla etiam alia huc pertinencia adspersent; vide ejus Geschiedenis in de Neder landen pag. 337. quam HI.

dubio, non adeo hic Medicum, quam Judaeum potius
in Christianos facinorosum damnari.

Quod si paucis hujusmodi Medicinae propudiis omnes
illos Jalchias & Mazellas opponere vellemus, optimos
Medicos, qui ne ad veritatis quidem jacturam ullis ma-
chinis adigi potuerunt (16); istius certe narrationis
difficilius finem foret, quam initium invenire. Unius
taltem HALLERI, divini viri, integrum imaginem si vobis
exhiberem, qui Solis in modum, non unam alterative
herbulam efficaci suo fotu recreare gaudet, sed purissi-
mam lucem per omnia diffundens immensae suae eru-
ditionis, experientiae, sapientiae, pietatis & magni ani-
mi bona ubique & innumerabilibus modis large distri-
buit; nonne ad unius ejusmodi imaginis splendorem pluri-
mae malorum icunculae disperarent, horumque impro-
bitatem illius benefactis satis superque compensaremus?

Abunde autem vos sensuros esse spero, quanto cum
candore ipse tamen Medicus & in tuenda Medicorum

inno-

*storiam si Famiano Straiae adjun-
gas, tum denum utrinque partium studia
discernere & veram eorum temporum
faciem perficere licet.* Ceterum
Carolum Calvum imperatorem, quem
eum in itinere Italico repentina febris in-
vasisset, a ZEDEKIA Judaeo, quem me-
dicina & valde sibi gratum habebat, ve-
nenato pulvere imperfectum fuisse, vulgo
satis notum est,

(16) Romani hi medici MAZZELLA, JALCHIA
pluresque alii omnes eodem tempore in
eadem Innocentii X. aula ne ad veritatis
quidem jacturam compelli potuere. Erant
enim, qui Panzirollum cardinalem a pon-
tificis alloquio, cui a secretis & persquam
charus habebat, penitus removere ge-
fiebant. Is ergo quinque vijato stomacho

laboraret, medici iterum iterumque com-
pellebantur, ut pontifici, contagio-
phantis cardinalem infectum esse, persua-
derent. Verum fructa haec. Ita enim
GALEAZZO GUALDO: "La difficulté étoit
"à dire cela au Pape; car il n'y avoit per-
"sonne, qui peut faire ce coup, que le
"Medecin; ce qu'il ne pouvoit, ny ne
"vouloit pas faire; parcequ'il n'avoit
"bien, qu'il n'étoit pas tel. Mazzella,
"Jalchia & quelques autres, qui fer-
"voient le Pape, étoient aussi Medecins
"de Panzirole; ainsi on tascha de les
"gagner, & de les obliger à dire, qu'il
"étoit pulmonique. Mais ils ne firent
"que perdre leur temps, n'étant pas
"possible de leur faire dire une chose, qui
"n'étoit pas, ---- Ils continuèrent à perfe-

innocentia unice nunc occupatus, quorundam vitia re-
censuerim. Quae quum talia sint, ut ne ipsis quidem
nostris hominibus cognita vulgo habeantur, poteram sa-
ne ad boni Oratoris partes aliquatenus adimplendas vel
penitus ea silentio premere, vel adhibito ad minimum
colore quodam meliorem illis speciem conciliare; nisi
jam fassus vobis fuisset, & ipse ego optime experirer,
quam nullam dicendi facultatem tenues nobis vires suf-
ficiant.

Neque vereor tamen quidquam, ne ex paucissimo-
rum malefactis praejudicium aliquod contra omnem
gentem Medicam in peccatis vestrum se interea pene-
traverit. Nonne illum omnes inverso pollice rejiceremus,
quicunque sapientibus Christi Sacerdotibus debi-
tum cultum ideo denegare vellet, quia ex eorum
numero JOANNES ille LUDOVICUS LANGHANSIS prodiit, &
verbis & factis in Deum non minus ipsum, quam Ca-
rolum quoque Palatinum Septenvirum, cuius Theolo-
gus erat, summe nefarius, a Philippo denique Wilhelmo
Caroli successore infamem poenam publice superiore
seculo luere coactus? Quis PETRI istius DE VINEIS (17)

D 2

a

" ceter les Medecins , -- de forte qu'
" ils corrompirent Tacchia , -- Apres
" quoi ayant appellé Mazzella , & lui
" ayant fait entendre , que Tacchia
" avoit quelque apprehension , que Pan-
" zirole ne fut véritablement pul-
" monique , ils lui dirent qu' il devoit
" cesser , ou de rendre visite à Panzirole ,
" ou bien de s'approcher du Pape , --
" Le Pape s'informant à Mazzella de l'é-
" tat de Panzirole selon sa coutume , ce-
" lui-cy lui répondit , ces mots : S. Pe-
" re je n'en fais rien ; parceq; étant en
" doute , fil n'est pas pulmonique ,

" j'ai cru qu'il seroit mieux à propos de
" ne le visiter plus , tandis que je de-
" vrai être attaché au service de Sa Sain-
" teté . -- De sorte qu'il fut un intru-
" ment innocent de la malice des per-
" sonnes , qui l'avoient voulu corrom-
" pre ; videis ejus Histoire du Car-
" dinal Mazarin tom. 2. pag. 95.
(17) Epistolarum Petri de Vineis veterem
codicem nitidissime manu scriptum in Pa-
tris mei pulcherrima bibliotheca me vidisse
memini , in quo multo plures , quam
haecenus typis vulgariter sunt , epistolae
continentur.

a Friderico II. Imperatore, quem veneno tentasse credebatur, utroque lumine orbati culpam; quis FRANCISCI AC-CURSI, Romani Juris cognitionem sacro codici anterentis, impudentiam legum Interpretibus objiceret? Neque ulla inde ad Oratores reliquos infamia redundare potest, quod in defensione Lucii Murenae, manifeste in ambitus crimine deprehensi, divinam suam dicendi vim pessime expromserit TULLIUS noster; nondum etiam ab illa suspicione, quasi haud minimam parricidii in Caesare commissi conscientiam habuerit, liberatus. Ob SPINOZÆ infanos profecto errores, quid labis demum reliquis quibuslibet Philosophis jure meritoque adspergi posset? Ita ipsi etiam Itali hodie ceteros Poetas minime odio habent, quod ob haereticam, ut appellant, pravitatem AONIUM suum PALEARIUM flammis crudeliter comburendum curaverint, sublimem vatem, cuius praestantissimum de animae immortalitate poema Lucretio oppositum tunc demum peritum est, quum una dies terras omnes exitio dabit.

Hoc pacto tamen ab hominibus saepe etiam minime inexercitatis vulgo errari solet, qui ad unius alteriusve, aliquando ne nativam quidem, imaginem totius alicujus domus & familiae & gentis & ordinis & populorum picturas confidere tentant, infelices profecto artifices! Sic enim olim ob quorundam Medicorum perfidiam, accidente simul circa anatomicas sectiones vulgari superstitione, aliisque nonnullis causis supra commemoratis, universae deinde hujus nationis religio & pietas atro carbone notata fuit, quae macula ne nunc quidem plene

plene eluta est. Eluta haec diu fuisset, si in mortalium benefactis inquirendis plus operae, quam in eorum degendis criminibus impenderetur. MICHAELIS SERVETI pessimos quovis errores nemo non novit (18). At JOANNIS CRATONIS a CRAFFTHEIM, meritissimi istius trium Imperatorum Archiatri, piam cum Luther & Melanchthon cultam amicitiam quis ad exemplum commendat? JOACHIMUS VADIANUS, vir tanti a Theologis habitus, ut etiam ab illis rogatus Caspari istius Schwenckfeldii doctrinam publice ad religionis normam exegerit, Orator, Poeta, Medicus, Senator apud Helvetios laudatissimus, ejusque contra Anabaptistas non vi, qua multum pollebat, sed ratione acquisitus triumphus nunc non nisi paucis quibusdam doctioribus animo obversatur. Æque alta nocte sepulta jacet OTTONIS BRUNFELSII Bernensium Medici memoria, quae ob plurima tamen Theologica pariter, ac Medica scripta commendanda foret. RAIMUNDI LULLI nomen quum lippis fere & tonsoribus notum sit, a paucissimis e contrario ingens ejus pietatis studium attingitur, tantum illud, ut incredibili cum ardore, spretis aliis omnibus vitae commodis, aliquoties ad Africanos populos profectus summis cum periculis Christianam veritatem promovere annis fuerit. Nec minori oscitantia Basileensis istius JACOBI ZWINGERI diu jam obliiti fuimus, licet sacris non minus, quam medicis lucubrationibus eximium cultum promeriti.

D 3

Deni-

(18) Longum, imo & praeter viam esset, vel indices faltem librorum, in quibus aliquid de SERVETI vita studio elaboratum haberetur, recensere. At non vulgaria enarrat auctor de la bibliothèque Angloise

tome 2. part. 1. qui integrum ejus vitam illic exaravit. Adde ejusdem Memoires qui peuvent servir de supplément à L' Histoire de Servet ineditas tom. 5. part. I.

Denique, ne in recensendis Medicorum laudibus nos diffundamus, qui nunc ignominiae illis illatae causas disquirimus, quis est, qui **CONRADUM GESNERUM**, virum sine jactantia doctissimum & hoc nomine satis celebratum, a pietate quoque & divini cultus defensione aequo perspectum habeat, quibus tamen virtutibus vel solis memoriam suam propagare potuisset in sempiternas seculorum aetates (19).

Atque

(19) Medicorum ipsis ecclesiasticis munibibus cum laude fundorum multa sunt exempla. Sed neque in id nunc incumbere licet, ut illorum pietatem exempli demonstrarem, neque ad hanc etiam demonstrationem laudes ab ejusmodi munibibus acceptae sufficiunt. Aliqua tamen mentio facienda est PETRI AB AICHSPALT Trevirensis, a medicinae exercitio ad Archiepiscopatum Moguntinum evexit. Is HENRICO comiti Lucelburgensi illi, qui postea imperator per Beinardum monachum venatum eucharistiae pane interfecitus est, a valetudine erat, originis quidem obsequioris, sed tanto majoris nominis. Mortuo circa annum 1304. GERHARDO archiepiscopo Moguntino, Henricus omnem lapidem movebat, ut in pofundū Gerhardi locum frater BALDUINUS succederet. Quapropter

Aichspaltium nostrum, singulare quippe eloquentia aliisque ingenii doribus mudi, fice instructum, ad papam Clementem V. Picstavii comminorante mittit. Qui quam nulla arte pontificem in Balduin partes trahere posset, operam & oleum perdidisse ratus, redditum parat. Sed vero eo ipso tempore in tam gravem morbum spontefex incidit, ut nulla ampius vitae spes superefret. Qui legatus abire gestebat, Aichspaltius ad pontificem medicus accedit, morbumque scitissimo tollit. Ergo pontifex, ut gratissimum se praestaret, ipsi Aichspaltio Moguntinum illum archiepiscopatum tribuit, quem hic Balduinus frustra experierat. Vides hic ergo ex medico humili originis archiepiscopum. Eius adhuc monumentum apud Moguntinos tale celebatur:

Anno millesimo trecentenoque viceno

Petrum Petra tegit medicum, qui Tarta frigit.

De Treviri natus, Praeful fuit hic trabeatus,

Redditibus donis & clenodiis sibi pronis

Eccleſiam ditar; res auget; criminā vitat.

Hic pius & largus, in confilis fuit Argus,

Dat sceptrum Henrico regni, posthaec Ludovicō,

Fert pius extremo Joanni regna Bohemo.

Is vigil hic rexit, quem Christus ad aethera vexit.

Vide exalciatum illum Zigleri
"tractatum Taeglichen Schau-
"platz der Zeit s. Junii
"pag. 663. ni fallor, nam illum
"nunc non ad manus habeo, tum

" & Godfr. Andr. Zahni vici-

" nae Unnae quondam medici dicit.

" de origine & progressu medi-

" cinæ 1708. Vefaliac editam pag. 89.

Atque ita ex antiquissimorum temporum orbita, quamvis nondum penitus a nobis haec tenus perlustrata, in recentiorum annorum spatio, magno licet saltu aliquo, descendere, praecipuus hujus orationis finis flagitare videtur.

Veruntamen errores adeo novos raro admodum sequentia secula parturiunt, quin similes quosdam praeterita jam majorum aetas enixa sit. Archiatrorum in principum virorum palatis tanto saepe conatu oppugnatam virtutem, non minimum pondus ad eam calumniam contulisse monstravimus, quae totam deinceps eorum artem simul involvit. Atqui eadem in Londonensi aula muneris ratio virum ceteroquin innocentissimum, certe non alio nomine culpatum, Huicū in justimo plurimorum odio exposuit: qui quum Elisabethae Reginae, cui a valetudine erat, cum aliis bene multis auctor fuisset, ne illud toties a plerisque commendatum matrimonium iniret, Bone Deus! quantis non ille maledictis atque imprecationibus proscissus fuit (20)? Verum durior multo & iniquior illorum Medicorum fors fuit, qui quum Austrigilden Guntchramni Burgundionum Regis uxorem ab epidemico quodam morbo liberare non possent, postulante illa post ejus mortem crudeliter interficiebantur. Nam incurabilem morbi sui indolem sanguinolenta haec mulier cum indignatione &

fremitu

(20) "Eousque acris & servida ingenia proruperant, ut Reginam, quasi patriae & potestati defesset, incusarent. Cecilium, ut pravum hac in re confultorem, convitis & libellis famosis proscienderent: & Huicū reginae medicum, ut ma-

" trimonii diffusarem ob nefcio quam
" muliebrem impotentiam, diris devo-
" verent: inquit CAMDENUS in anna-
" libus cit. pag. 120, edit. prioris
" Francof.

fremitu sentiens, eorum perfidia & improbitate se interire, impudenter asseveraverat (21). Similiter dubitari nullo modo potest, quin superiore praecipue seculo Itali Medici clandestinis vulgi odiis & contumeliae haud benigniori per eam causam nudum latus praeberint, quoniam homines capite damnatos non quidem vivos, uti veterum nonnulli, dissecare, attamen poriferis

(21) Ab aliis GUNTRAMUS, Guntramus, vel Guntherannus, cuiusq[ue] uxor quibusdam Euthri-
gilidis vocatur. Erat Clodovaci
Magni nepos & Arelatensem Rex,
similque parti Burgundiae uxorabat.
Seclus inlinu[m] mortuitate uxoris ab
eo in Medicos innocentem commissum
dicitur anno 583. Vide JACOBUS GOU-
TOUAN Universae Historiae
Profanae pars 2. pag. 99, ubi ex
GREGORIO TURONENSIS historiam hanc re-
ferit: quam ex recentioribus etiam cominc-
morat celebris ille BELLEGARDIUS in suis
Modèles de Conversations pag.
30, libro longe majoris doctrinae &
lectionis, quam quis ex vulgari titulo di-
vinare posset. Sed ecce tibi ipsam de-
scriptionem GREGORII TURONENSIS lib.
5 pag. 219. edit. Parisi. 1610. " His
diebus Autrigildis Gunthraanni prin-
cipis regina ab hoc morbo consumta
est: sed priusquam nequam spiritum
exhalaret, cernens quod evadere non
posset, alta trahens suspiria, voluit
leti sui habent participes, agens ut in
exequiis eius aliorum funera plangeren-
tur. Fertu enim Herodiano more re-
gem penitile dicens: Adhuc spes v vendi
fuerat, si non inter iniquorum Medicos
rum manus interficim' nam potionem
ab illis acceptae milii vi absulerunt vi-
tam & fecerunt, me hanc lucem velo-
citer perdere: & ideo ne inulta mors
mea pateret, quæso & cum sacramenti
interpositione conjuro, ut, quam ab hac

" Ince discessero, statim ipsi gladio truci-
derent: ut sicut ego amplius vivere non
quero, ita nec illi post meum obitum
gloriorient, sed si u[er]o dolor nostri pa-
riteret, ac eorum amicis. Haec effata
infelicem animam tradidit. Rex vero
peraduo ex more iustitio, oppressus
iniuste conjugis iuramento, implavit
præceptum iniquitatibus. Nam duos Me-
dicos, qui ei studium adhibuerant, gla-
dio feriti præcepit: quod non sine peccato
factum fuisse, multorum censer pru-
dentia. " Morbum autem, quo illa incurrit,
pauci ante dysentericum vocavit, qui
tum temporis in Gallia epidemicus fue-
rit. At ejusdem talem exhibit Medico
notatu non indiguan: " Erat valida
cum vomitu febris renu[n]ciata nimis do-
lor, caput grave, vel cervix. Ea vero,
quæ ex ore projiciebant, colore cro-
ces aut certe viridi erant: a multis au-
tem adferebatur, venenum occultum
esse. Ruffieores vero Corales hoc
Patalulas nominabant: quod non est
incredibile: quia missæ in scapulis five-
cruribus ventofae, procedentibus erun-
pentibus vesicis decurva fanie, multi
liberabantur. Sed & herbae, quæ ve-
neus medenur, potui sumat plerisque
præfidia contulerunt. Et quidem pri-
mum haec infinitas a mensie Augusto
initiata, parvulos adolescentes arripuit
letoque subegit. " Haec ille pag. 217.
Graſſabatur tamen & ultimo morbus
hic in adultos.

poriferis plerumque pharmacis, non sine impiae temeritatis suspicione aliqua, enecare confueverant (22).

Imo vero ob quaslibet etiam alias anatomicas institutio-
nes multi semper homines insano quodam horrore per-
culsi, nescio quid indignationis atque irarum coquere
deprehenduntur. Ex SOCRATE nimirum apud PLATONEM
diferente divinam illam unius quidem, at sub varia spe-
cie apparentis, Pulcritudinis ideam paucissimi profecto
perspectam habent, & ad sacras has operas adjungere
norunt. Alia quidem, verum nec minoris tamen,
nec ignobilioris pulcritudinis species est, quam divinus
Opifex intimis quibuslibet visceribus sapienter addidit,
alia, inquam, quam ea, quae extus in cute renidet.
Hanc ab ipsa fere Natura edocti sine ullo alio duce o-
mnes sentiunt: illam vero operosa demum & difficilis
ratio in artificiose partium fabrica mirabilique earum ad
diversos usus compositione detegit. Hanc fabricam, hos
usus si quis mente sua complectatur, is unice veram hic,
imo summam aliquam pulcritudinem percipiet, admira-
bitur, obstupescet: illam nempe pulcritudinem, cuius
imaginem, praeter numerosum PLATONEM gravemque
XENOPHONTEM, suavissimus etiam LUCIANUS pinxit,

E quam-

(52) "Solent hodie, qui hominis anatomem in publicis Italias gymnasii profidentur, quoties scitione humani corporis infrumentorum compagem perscrutari & partes omnes, quae a Gracces ὄμοιοπρεψίς & ἀναγνωστέρεις vel ἐπραγματική punctuantur, dispicere & auditoribus palam dispicendiad praebere volunt, capitis damnatos hisce petiobus, ob insigne frigiditatem soporiferis mortuificare cuncte an-

"dos curare : quod nos Pisis primum
mox & alias in gymnasii speciavit
mus : "haec sunt verba HERONIMI
MAGII ad Cornelii Dionem pag. 44,
edit. FRANCOIS 1608, fol. can. omni-
commentariis integris. Similiter
CORN. AGRIPPA : Hodie ——— inter-
remto prius homine, ipsorum (seil.,
"anatomiconum") vel litoriorum manu, ia-
mum mortui cadaver ——— graffantur : "in te,
de vanitate scientiarum cap. 16"

quamque illic locum habere docuit , ubi res quaedam
aptissime ad ea munera elaborata fuerit , quibus illa pro-
prie inservire debeat . Haec vero quum iniqui illi rerum
nostrarum judices cum animo suo rite cogitare non pos-
sint , horrent illi & nefando odio ea prosequuntur , ad
quae paucissimis , & non omnia tantum externo colo-
re metentibus , impune accedere datur (23).

Verum enimvero haec & plura alia , quae non par-
vum profecto cumulum ad Medicorum pietatem &
religionem maledictis obruiendam attulerunt , quandoqui-
dem antiquis temporibus aequa usitata erant , in praes-
entia non plenius exahriamus .

Illud autem imprimis miserandum & magnopere u-
num aerumnabile est , non aliam magis rem eorum hono-
rari obfuisse , quam quae praecipuum illis honorem pa-
rare debuisset , insigne scilicet aliquod Sapientiae studi-
um , tantum profecto , ut non temere incertus quis es-
se queat , utrum Medici a Philosophis , an Philosophi
contra ab illis plus boni mutuati sint . Atque sub ipsa
artis nostrae infantia tanto jam molimine in his castris
militatum fuit , ut Hippocrates nimio huic ardori modum
aliquem statuere necesse judicaverit , Philosophiam
ad suam artem , non hanc ad illam , utiliter accomo-
dans : quapropter Medicinam a Sapientiae studio pri-
mus separasse , a Celso dicitur .

Quae

(23) Tantum anatomiarum exercitatio-
num commune odium expertus est
ANDREAS CHRISTIANUS medicinae Professor
Baffniensis , idque adhuc circa finem se-
culi decimi texti ; mortuus est quippe
1606. Ni enim a virili corpore , in studi-

osorum usum dissecari incepto , in tempo-
re desistisset ab honestiorum convivis-
cium factu quadam horrore excutus fu-
erit ; teste PAULO FREHERO in thea-
tro viror. crudit. pag. 1321. ex
BARTHOLINI cista medica.

Quae igitur jam olim cognatae scientiae fuere, eas novissimis his temporibus auctiori adhuc nodo constrictas esse, apparet; posteaquam utraque scilicet non nisi ab experientia opes suas derivare, easque casto deinde ratiocinio ad usus suos componere incepit. Inde opulenta illa fundi quoque nostri seges propullulavit; sed & maxima idcirco in eundem fundum calamitas incidit. Philosophamur enim Medici; hoc est, veritates non modo ipsas, sed veritatum etiam nexum & proportionem pervestigamus, illam pulcherrimam proportionem, dulcissimum illum concentum, qui quum in experientia nostra cautos nos reddit, tum maxime animum laxat ac praeparat ad cognitionem coelestium, eumque minus semper indignum facit, qui in consortium Dei veniat. Hic est perfectissimus ille rhythmus, aeterna illa, illa immutabilis unius Veri harmonia, qua permoti a terrenis his nugis elevamur, & ex contemplatione veritatis redeentes miramur vanos hominum strepitus atque miseriam. Hujus sicuti nos miseret, ita generoso etiam pectorे fortique & prudenti consilio puppetias ferimus doloribus humani generis. Hic summus est Philosophiae apex. Ad hunc emititur sapiens quilibet, & quicunque Medicinae dignitatem non distat tantum, sed factis confirmare, sui officii esse credit.

Dicite, A. A. dicite, quid illi ergo sibi velint vitio creati judices, non nisi tragico saepe boatu gradifonisque modis quibusdam figura sua & ineptias pompantes, qui eo nomine cum Philosophis Medicos vel deplorant, vel rident, ridendi ipsi qui deplorant,

E 2 quod

quod Philosophiam aliquam apud D. Paulum videant, quae sui cultores a veritate in vanissimam quamlibet stultitiam abducat? Difficiles hi censores si oculos, quos clarissimos habere volunt, aperirent, viderent sane ZENONIS, PLATONIS, PYTHAGORÆ, ARISTOTELIS, EPICURÆ aliorumque greges omnia tum temporis canoris suis nugis ad usque nauseam implentes. Evidem harum sectarum conditores uti nemo aequitatis studiosior vili pendere ausit, ita eorum plurima etiam dicta sapienti homini, cui fatis roboris circa peccus est, magnum ornementum conferre, diffitendum non est. Aliis vero vel a Christiana pietate adhuc recentibus, vel nondum allectis, tanto majus semper periculum intentant, quanto majore suo externo splendore illam, quae ex pietate est, veram simplicitatem obumbrare solent. His studiis divorsim rapti quantopere veritati noceant, illi fatis superque indicant, qui vel PYTHAGORÆ numeros vel PLATONIS animam mundi, vel fata ZENONIS, vel voluptates EPICURÆORUM vel ambitionis denique ARISTOTELIS virtutem aliosque errores infelici industria religioni adaptare suscipiunt. Haec ex illis Philosophia est, quae JULIANO, incomparabili ceteroquin Imperatori, Christianam doctrinam, velut vilem abjectamque, reddidit odiosam. Haec est Philosophia illa, quae hominem a coelo quasi divellens ipsa solis opibus suis pollere, quam benignioris divinae providentiae indiga videri malebat: Philosophia illa, cuius primum hoc & ultimum monitum:

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas,
Atque metus omnes & inexorabile fatum
Subjecit pedibus, strepitumque Acherontis avari,
Haec

Haec ergo illa seductrix Philosophia est, in quam Paulus suo tempore optimo cum jure animadvertere debbat. Utilissimarum autem veritatum indefessam investigationem, longe olim rarissimam, contemnit nullibi, neque contemnere poterat is, qui ipsum divinum cultum ad rectae rationis normam toties instruit.

Atqui illi Innocentiam tamen principem in homine vere sapiente &, quod rei caput est, Christiano virtutem esse, ad ravim usque saepe inculcant: conclusuri inde, eximiā ejusmodi, qualis in Philosophiae consortio nutritur, sciendi cupidinem, inani quippe fastu tumentem, longe ab illo esse debere. Egregius certe ignaviae fucus! Si hoc non est, nescio quid sit, res toto coelo a se invicem distantes, Innocentiam nempe & Ignorantiam, inter se consociare. Videte autem illic hominem, qui ideo Philosophum se vociferatur, quia ipsum sua stultitia coelum petens veram, quae e coelo est, pietatem spernit. Videte alium hic, qui, ut excellenter sibi sapiat, veram omnem sapientiam atque eruditionem, si quam unquam hauserit, nauseabundo stomacho rejicit, ignavus homo. In medio inter utrumque verus Philosopher consistit. Sed satis jam operae illis datum est, quibus nulla tamen unquam ratione satisfieri potest, quum omnem quippe rationem odio habeant, mentis & oculorum aciem cum gudio sibi praestringentes.

Posset equidem nonnemo cum aliqua veri specie id contra nos urgere, Hippocratem tamen non ex Medicinae, sed ex Sapientiae schola atheum tamē prodiisse, qua-

lem eum GUNDINGIUS deprehendisse, sibi visus est. Atque id verissime partim. Ex nostra enim arte paucissimi, si ulli, quibus Atheorum nomen impactum est, plurimi vero ex perversis Philosophorum sectis egressi sunt. Ad ipsum vero Hippocratem quod attinet, vestram ego fidem, Iudices aequissimi! Adeone levis momentires est, optimam tanti viri famam gravissimo veluti i-
Etu violenter concutere, qui si accusatores mille & mille defensores illi contingerent, paucissimos habiturus esset, qui pares illi censeri possent; five ejus nunc prudentiam & gravitatem, five pietatem ejus & modestiam, five temperantiam denique & magnanimitatem, aliasque ejus conspicuas mentis virtutes ad calculum revocetis.

Nolo nunc illas sententias, quae contra optimum virum ex ipsis scriptis productae sunt, juxta antiquissimorum praesertim temporum conditionem, sub examen revocare. Duo tamen haec ad benignorem non modo de Hippocrate, sed etiam de reliquis fere omnibus antiquis scriptoribus opinionem imbibendam non possum non curate notare, & illis praesertim, qui de veterum scitis quibusdam arbitrari cupiunt, de meliore nota commendare. Namque primo licet in eundem penitus errorem circa Dei existentiam antiquis aliquis five ex Graecis, five Romanis inciderit, quem nostris temporibus quis vitare nolle, non eadem tamen utrumque austeritate, non eodem rigore censere oportebit; quia in hoc uno sibi similes, cetera sibi omnino dissimiles sunt. Profecto Graecus ille inter mille superstitiones & mille Sceptico-

rum

rum nugas jactatus, eundem quidem errorem, sed longe aliter eum errat, quam is, qui melioribus Christi praecepsis a primis inde incunabulis imbutus, medias veluti inter veritates nascitur, educatur, adolescit, vivit, moritur. Deinde vero inter veteres & recentiores scriptores haec altera differentia intercedit, si utilitatem spectetis, aequa notatu digna. Omnes nimirum olim libri, qui genium habere, qui vivere debebant, multo minus ad certissimae veritatis normam, quam ad dulcissimae potius & artificissimae dictio[n]is lancem exigeabantur. Rari erant, quibus non cogitationes suas proponendi modus plus curiae cordique fuisse, quam cogitationes ipsae. Ut breviter me expedientem plenissime intelligatis, deerat illis Systematicus Nexus, Lydius ille veritatum lapis. Itaque alia Hippocratis, ut hujus accusationem nunc in medio relinquam, alia, inquam, ratio HIPPOCRATIS habenda est, alia SENECAE, alia SPINOZAE, alia denique ANGELI SILESII, Mystici scriptoris. Licet enim & hic & is & ille & iste Deum vocet quodcumque vides, quoconque moveris: Spinoza tamen quem scita sua, si voluisset, ad systematis leges accommodare potuisset, alio longe modo deliravit, quam reliquorum exorbitantium multitudo. In his praecipue veritatem, in illo praeterea etiam pietatem desideratis. Ergo qui veterum animi sensa rite explorare cupit, is posteaquam plurima eorum perverse dicta congesit, injustus tamen arbiter sit, necesse est; nisi ceteras quoque sententias sollicite feligat, quae prioribus contrariae sunt. Tumque ex ambarum numero

&

& pondere, & ipsius denique scriptoris vitae genere certo demum constare potest, qualis is dicendus sit: quum sine illo, quem diximus, Lydio lapide impossibile propemodum sit, omnem, etiamque quis voluerit, contradictionem evitare. Austeri nimis philosophi argumentum est, systematice quaelibet scribere & loqui: systematice autem cogitare unumquemque tanto magis oportet, quia viros etiam maxime hac ratione munitos in eximios tamen errores praecipites saepe datos fuisse, videmus; egregio argumento, quam iuste illi agant, qui singulos aliorum errores tanto apparatu aggrediuntur, nullos profecto triumphos habituro.

Atque haec quidem non sine utilitate me monuisse confido. Repetito autem examine, quum id ab aliis partim jam praestitum sit, Coi nostri religionem contra GUNDLINGIUM de novo discutere, operae pretium nullum esse videtur.

Miramini procul dubio, qua estis perspicacia, ob quam causam in pristina illa Graecorum secula iterum vos reduxerim, quum per recentiora haec tempora jam aliquisque progressi simus. Quapropter observare vos velim, Hippocratem ab antiquis nunquam Atheistmi, quantum nobis constat, postulatum fuisse; sed hanc accusationem recentissimorum temporum sinistram dexteritati unice deberi.

Tot autem illa sunt, quae parentum & nostrum memoria ex sapientiae studio contra Medicorum religionem pertuntur, ut nisi vestra patientia abuti velimus, modo pauca ex plurimis in medium proverre liceat.

Inter

Inter illa ambae hae dotes, quibus Philosophia satellites suos mactat, non ultimo loco commemorari merentur, Contemptus impiae Superstitionis, & nativae dein Pietatis Amor: duo profecto animi bona, sicuti dignissima, quae praecipuis annumerentur, ita ad odium vulgi, cui spretis veris non nisi falsa arridere solent, irritandum maxime efficacia. Id mali quin jam olim optimis quibuslibet verae pietatis professoribus acciderit, dubitari nequit. Recentioribus autem Medicis, per hanc praeferim contemptae superstitionis causam, negligetiae religionis maculam inustam fuisse, tanto minus tolerabile videtur, quanto majora omnium scientiarum incrementa pessimam quamlibet superstitionem ex hominum mentibus radicibus elidere debuissent. At longe aliter evenire, GERARDI BONTII, quondam in Leidensi sacrario artem nostram docentis, & ob inanem impietatis speciem falsissima calumnia petiti, exemplo sati constare potest. Dixerat aliquando, impiorum perverorumque hominum asylum quasi & refugium religionem esse, quandoquidem a virtute male fejungentur: nimis etiam ingenue illis irascens, qui sub divini cultus praetextu fraudes quaslibet & scelera perpetra- rent. Hinc videlicet illae lacrimae; haec istius convicia scaturigo (25). Ejusdem vero filio REINERO BONTIO, quamvis integerrimam & ab omni improbitatis specie remotam vitam agenti ob similia dicta eandem quoque calumniam impastam fuisse, quis est, qui non justissima indignatione detestetur (26)?

F

Dura

(25) De Gerardo Bontio vide Melch. Adamum in vitis meditorum Germanor. pag. 366.

(26) De Reinero Bontio DAN. Hein- sius, postquam egregiam ejus pietatem laudasset, intima quippe ejus animi sen-

Dura haec calamitas quare Medicos tamen frequenter, quam puros putosque Philosophos tangat, illi perspectu difficile non erit, quicunque hos utplurimum sibi viventes ab ignarorum confortio se segregare, illos e contrario inter omnia hominum genera degentes ineptissimis quibuslibet judiciis tota propemodum vita expositos esse, secum perpenderit.

Quemadmodum vulgus istos omnes, qui in subducendis vitae suae rationibus despere dediscent, ita eruditissimi passim ipsi laborum suorum socios, quos altius paulo sapere vident, non sine prava aemulatione & invidia ferre deprehenduntur. Non aliunde enim, nisi ex majore rerum quarundam intelligentia, ingens illud odium derivari posse videtur, quo NICOLAUM TAURELLUM, Altorfensis Academiae Medicum, seculo decimo sexto Heidelbergenses prosequuntur fuisse dicuntur. Tametsi is haud spernenda Christianae pietatis argumenta hinc inde scriptis suis inferuerit, ipsius tamen Atheismi calumniam sustinuit, quod Aristotelicae doctrinae in Christiana sacra inimicitiam scite denudans, contra mundi imprimis aeternitatem, ne ipsis quidem creditam, egregie disputaret (27). Nec minori certe cum

injuria

sa sciens: "Questum tamen, inquit pag.
" 121, memini nonnunquam, unum
" illud displicere sibi, quod quum ne-
" mo Christianus esset, qui non pariter
" honestus esset, reperiri quosdam, qui
" sub nomine ac professione veritatis cal-
" lide nocerent. Porro -- speciem religio-
" nis, nisi ipsa pariter probitas accedat,
" pessimum venenum in republica esse.
" Et pag. 124. Maude, inquit, ita
" fide, isto animo, mi Bonti, quo non
" Improborum modo Voces, sed & coe-

" Ium pertupisti: " in oratione funebri,
" quae cum aliis Amstelodami 1657. re-
" cusa est.

(27) Dixisse aliquando Taurillus fertur:
Quae intelligo bona sunt: credo et
iam quae non intelligo. GISA. VORTI-
US solicitate in causas inquirens, cur in-
ter atheos Taurillus relatus fuerit, pa-
radoxorum amorem in eo notat: de
eo Baclius in Lexico & Baye-
rus in biographia professo-
rum medic. Altorfensium. Ejus

injuria sacerdos ille, cuius nomen jure supprimitur, in FRANCISCUM BAELIUM saevit, Medicum Tholofanum doctissimum ab Hippocrate in nonnullis, in multis vero a Galleno &c, quod rei caput erat, ab Aristotele secedentem. Inde homo meus Peripateticorum errorum contemtum in religionis odium maligne detorquens, Doctrinam ARISTOTELIS magno praesidio religioni esse, clamat, ejus ope haereses debellari, per hanc denique fidei mysteria intelligi & explicari. Auditis hominis impudentiam: videtis inepti ardilionis flagitosam, quae impudentiae mater est, ignorantam; videtis, inquam, &c, nisi me animus fallit, jure meritoque detestamini (28).

Talia vero licet albis dentibus derideri mereantur, attamen si tribunitiis clamoribus coram imperito & tunicato popello effutiantur ab homine fulmen, ut de Pericle dicebatur, in lingua gerente; quis non semper aliquid sine sensu, ut sic loquar, liquefcere & in impenitorum animos destillare videt?

F 2

Sie

etiam vitam habet MELCH. ADAMUS, sed nihil de hac lite; est enim optimus hic scriptor ex ingenuis illis, qui omne id, quo laudem eruditis suis conciliat, accurate conquirunt; quodcumque vero ad ignominiam facit, sine necessitate non attingunt. Scio quibusdam hanc scribendi rationem non multum arridere. Memini tamen, Olivetum, qui eandem normam sequitur in eglesia sua histoire de l' Academie Françoise depuis 1652. jusq' en 1700. vivide contra illos invehi, qui fecus faciunt. Virom et contrario in republica principum vita, quia & ut plurimum vulgo nota, &c ad publicaram rerum mutationes perspicienda

plurimi momenti sunt, recensere permitit. Neque recentissimo scriptori longe alia mens est, quo judice "les auteurs contemporains, qui écrivent présentement les nouvelles du jour," font des guides infideles pour l'histoire. Ces nouvelles se trouvent souvent "fausses ou défigurées par la malice." D'ailleurs cette multitude de petits "faits n'est guères précieuse qu'aux petits écrits : LE SIECLE DE LOUIS XIV. tome. 2. pag. 400. Interim aliqua tamen hic distinctione opus est.

(28) Rem omnem late commemorat in doctissima apologetica dedicacione, quam tractatu suo de apoplexia praemisit.

Sic pro auctoritate Aristotelis, talibus defensoribus minime indigentis, certatum est ab iis etiam, quos latere nequaquam poterat, certe non debebat, quanta ex hujus viri doctrina malorum Ilias, veluti ex altero quodam Trojano equo, omni tempore eruperit. Nonne enim ex ejus scriptis despiciens PETRUS POMPONATIUS, Mantuanus ille Philosophus potius, quam Medicus, tam impie contra providentiam argutatus est, inter plurimos errores animae quoque mortalitatem adstruens, & ex corporis temperamento astrorumque influxu Prophetarum non minus, quam Sibyllarum vaticinandi donum deducens (29)? Nonne eodem doctore usus JUL. CÆSAR VANINUS, ex Medico Juris consultus Neapolitanus, ob Atheismi suspicionem rigidæ istius Tholosæ flammis combustus fuit (30)? Nonne eidem Athorum gregi ANDREAS quoque CESALPINUS noster, vir eximiis ceteroquin meritis conspicuus, adnumeratur, posteaquam eandem Peripateticam Philosophiam cum Medicina copulaverat (31)?

Quum in locum Scholasticae hujus sapiendi rationis
Cartesii

(29) De Pomponio optime egit Cl. HEU-MANNIS ACT. PHILOSOPH. part. 9. Ejus epitaphium, quod Heumannus non attingit, satis indicat, cui horum generi illi annumeratus fuerit. Est vero illud tale: PETRI POMPONATI D. M. Hic sepultus jaceo. Quare & nefcio. Nec si scis aut nefcis, euro. Si vales, bene est. Vivens valui. Fortasse nunc valeo. Si aut non & dicere nequeo. Vide si NATH. CHYTRAEI Itinerum Delicias pag. 142.

(30) De Vanino nihil, quod nunc addam, peculiare habeo. De eo multi, & inter

HOS BODEUS DE ATHEENO.
(31) CESALPINUS præcipue ex quaestione suis peripateticis pessimum nomen accepit. Quae tum temporis rerum facies in Latio fuit, namque illi tres Itali fuerunt, satis notum est. Quum Paulus n. pontifex PLATINAM, qui aliunde illi exodus erat, ob frequentes de animae immortalitate disputationes culpareret, his non modo sine iure, sed ad sui etiam aliquinque defensionem respondit: "Quod quidem omnibus philosophis & theologis nostrorum temporum objici potest, qui & Aut-

Cartesii scita introducta essent , inter alios , qui summi hujus viri utilia inventa laudantes plurima simul vana ejus figura ingenue aperirent , comparuit quoque in Belgio BOERHAAVIUS , vir tantorum meritorum , ut universum ejus vitae tempus egregiis operibus potius , quam annis distingendum sit , vir , inquam , non nisi scribenda faciens , & scribens legenda . Is quum Cartesii de rerum principiis hypotheses ad instar herbae solstitialis celeriter crescentis , nec evanescens tardius , esse dixerat ; ipsa vero rerum principia hominem latere ; eorum denique affectiones indefessò sensuum exercitio dignoscendas esse (32) : ecce , quanta protinus classica contra optimum virum canebantur ! quum non nemo tum temporis in aliqua septem foederatarum Regionum Academia esset , qui praecipuus Cartesiana sectae stator , Actum esse de ecclesia , queri non dubitabat , actum de fide atque religione . Quis non miretur Boerhaavium tantae talisque dignitatis virum aequo animo concoquere , patienter ejusmodi criminationes devorare potuisse ? Devoravit tamen haec omnia & concoxit , quippe qui innocuo plerunque risu , contentu etiam faepe generoso amara temperare solitus illam , quam ex Christi institutione haustram in succum & sanguinem converterat , mansuetudinem gravissimis quibusvis insultibus , veluti aheneum murum , opponere gaudebat . Neque eorum interea , qui Academiae illius curam gerebant , summum pro-

F 3 fecto

" mos & Deum & omnes Intelligentias
" separatas , disputaudi ac Veri (scilicet)
" inveniendi causa in dubium plerunque
" vocant ; vide ejus vita poniti-

cum pag. 785. edit. Belgicae 1645.
(32) In sermone academico de compa-
rando Certo in physieis.

fecto cedroque dignissimum justitiae & aequitatis studium, etiam sine monitore Boerhaavio ei publice comprobatum, ulla dies delebit (33).

Itane in Medicorum religionem invehī, ex Christiana utilitate fore, credi potuit!

A Magia Naturali, quae Physicae doctrinae pars est non paucis olim Medicis in deliciis habita, non minima profecto eorum pietatem in dubium vocandi occasio desumpta est, idque tanto majori cum specie, quanto minus horum experimentorum rationes vulgo perspiciebantur. Non ex alio enim fonte criminantium licentia in CORNELIUM AGRIPPAM semet effusisse videtur, Magiae haud vulgariter studiosum, ingenii cetera rarioris & inter coecos mirifice perspicacis. A juvenili quidem fervore & petulantia aliqua nemo, cui ejus de vanitate scientiarum commentatio visa est, immunem illum dixerit: tametsi potius illic, quid dici utcunque possit, quam quid ipse firmiter crediderit, unde quaque corradat. At sine religione omni eum vixisse, aut parcum etiam Dei cultorem & infrequentum fuisse, illi unice credant, qui doctioribus male volunt (34).

Verum in ejus partibus aliquo modo tuendis vanus essem, si diutius immorarer, quum eam quidem

(33) Accurate haec omnia notavit in oratione in memoriam Boerhaavii habita celeberrimus SCHULTENSIS, vir, si quis alius, candidus, prudens & suavis, nostrumque, quum Leidae versaremur, ultra meritum studiosus.

(34) Agrippac & Wieti vitae apud MECIN.

ADAMUM habentur; tum & Wieri ex ejus tractatu de praefigis daemonum enatae difficultates breviter: Iongius vero Agrippac accusatio & Wieri defensio pro illo, quam ex hujus tr de daemonum praefigis cap. 5 desumfit,

dem operam jam olim egregie dederit JOANNES WIE-
rus Agrippae familiaris, Cliviae nostrae excellens
quondam praesidium & perenne decus, & ipse et-
iam praeter meritum saepe male audiens. Ete-
nim posteaquam tot innocuas praecipue vetulas in
veneficii causa horrendis primum torrentis dilacer-
tas diris flammis comburi, non sine animi commo-
tione, vidisset; ideoque in maximum humani gene-
ris emolumenntum hujusmodi criminationis originem
ab ipsis quasi radicibus detegere, omnesque tam per-
nitiosae consuetudinis fibras elidere cuperet, Magistra-
tuum quidem & Juris consultorum optimam sane,
aliorum autem non nisi malam gratiam reportabat;
Medicus interim ob pietatem aequae, ac doctrinam
aeterna laude condecorandus (34).

Longe vehementiore odio & invidia ob eandem cau-
sam PETRUS de APONO, Patavinus Medicus Astrologiam
seculo decimo tertio mirifice excolens, conflagravit, et si
alias non usquequa commendari promeritus. Ve-
rum is quum haerefeos idcirco publice accusaretur, ita
tamen causam suam egit, ut omnino absolveretur, quid-
quid alii etiam de ejus mortui effigie narrent, jussu
terribilis istius concilii, quod Inquisitionem vulgo vo-
cant, concremata (35).

Talia vero similiaque plura dum suductis saepe ra-
tio-

(35) In inscriptione quadam Patavinae cu-
riae adeo astrologiae peritus fuisse dici-
tur, ut in magiae suspicionem inciderit,
falsoque de haeresi postulatus absolutus
fuerit. Revera autem ob daemons
negatos accusabatur. Ceterum & com-
munis diluvii causas planetis adscripsiisse

dicitur, qui tum omnes sub aquati-
co signo congregati fuissent. Vide de
eo cum cura differentem laudatum
HEIMANNUM act. philos. part. 7. par-
tium etiam PAULUM FRIERUM in thea-
tro virorum erudit. pag. 1209.

tionibus mecum reputarem, haud obscure me obser-
vasse existimo, non tam rerum noviter inventarum
ostentationem, quam gloriam ab antiquis erroribus su-
peratis acquisitam bilem toties inimicis nostris livoris
& invidiae oestro percitis commovisse. Istum certe
lapidem, praeter multos alios partim jam a nobis lau-
datos, hactenus moverat vir plurimi candoris & pie-
tatis MICHAEL BERNARDUS VALENTINUS, nostro adhuc se-
culo Medicam artem in Ludoviciano Athenaeo apud
Giessenses professus; sed ob utilissimum de veterum
in rebus Physis erroribus libellum publice in pulpitis
academicis traduci caepus, istum, inquam, libellum
jam libris prohibitis pene adnumeratum, nisi Hinkel-
mannus Divinorum Oraculorum in aula dignissimus
Interpres, obicem huic fervori posuisset, & opusculi
illius auctori integerrimo calcar simul ad inceptam ope-
ris telam feliciter pertexendam addidisset (36).

Tempus nos hercle deficeret, si quaecunque Medi-
cis ob Philosophicae disciplinae cultum ad arguendam
ipsorum impietatem objecta sunt, in medium proferre
cuperemus. Solum Naturae nomen, cuius in scholis
nostris frequens' mentio est, credi vix potest, quantum
suspicionis illis injecerit, qui non nisi captandis muscis,
aut nodis in scirpo quaerendis operantur, insipientis
sapientiae consulti. Ejusmodi vero suspicio licet frigi-
da merito & febriculosa videri possit, inept tamen &

ipfis

(36) Ediderat librum de physica scho-
larum fabulosa, in quo harum er-
rores nonnullos a recentioribus expulso
recenser. Inde quodlae istae. Lege ipsum
coram testibus narrantem in declamati-

one de fato proprio cum Vale
academicico, quae est declamationum
eius praxi infallibili adjungarum
decima sexta

ipsis quoque febribus fervens suus calor, neque febri-
citantium deliria prudens Medicus unquam spreverit.

Frustra autem nobis unum alterumve HOFFSTETERUM (37) producunt, jure scilicet in eo reprehendendum, quod in animae natura cognoscenda rem acu tangere volens longissime a Vero recesserit; quam uni ejusmodi viro ne ipsis quidem Medicis vulgo satis noto plurimos sane alias MEADOS, BARTHOLINOS, WARLIZIOS,ADEROS, ALDROVANDOS, TOZZIOS, WEDELIOS, VOGLEROS (38) opponere queamus, homines sane peregregios, qui ad majorem Sacri Codicis intelligentiam haud exiguum momentum contulisse videri debent. Tantum abest, ut unum alterumve a veritate aberrantem ad Asclepiadeae gentis pietatem, criminantium proterva dicacitate & intemperie elevandam, sufficere credendum sit.

Sicuti a Sapientiae, ita etiam ab ipsis religionis cul-
tu arma contra tribules nostros fabricata sunt. Lon-
gum effet, si vel ea tantum omnia vobis recenserem,
quae illi circa primam fere, ut sic loquar, institutae

G

Sacro-

(37) Hoffsteterum hunc una cum Petermanno & Conradi in exemplum producit Salomon Deylingius; postquam, scilicet, de opinionibus circa animam non immortalem dixerat: mul-
"tis ex recentioribus medicis haec He-
"lena adeo placuit, ut in ea osculan-
"da ornandaque nullum teneant mo-
"dum: obseruat. factar. part.
" 2. pag. 34.

(38) Meados, Bartholinus, War-
lizius, Aderus de morbis bi-
blicis scripsere.
Tozzius edidit theses physicas ex sacris literis

depromtas, nondum mihi vias.
BARTHOLINI dissertatio de latere Christi aper-
to, cum epist. CLAUDII SALMASII edita, tum
ea etiam de cruce Christi aliquo-
ties recusa ejusdem communis sunt.
ALDROVANDI habemus elucidarium
theologicum de fossilibus,
plantis & animalibus, quo-
rum fit mentio in sacris bibliis.
VOGLERUS physiologiam historiae passio-
nis Iesu Christi, & de rebus natura-
libus & medicis, quarum in sacra
scriptura mentio fit, scripsit.
WEDELIUS varia dedit hinc inde.



Sacrorum reformationis auroram pati debuerint. Vul-
tis aliquem Medicorum conjuncta opera fortiter & a-
perta fronte pro veritate certantem? En vobis LEON-
ARDIUM FUCHSIUM altera vice ad artem nostram docen-
dam Ingolstadium vocatum & tamen ob melioris do-
ctrinae puritatem contra juratos Vaticani Praefuluis asse-
clas strenue assertam, cedere coactum (39). Caute
aliquem & majore cum prudentia & mansuetudine
agentem videre desideratis? En CASPAREM illum PEUCE-
RUM Melanchthonis generum doctissimum, ob leniter
assertam sincerae veritatis causam decenni carcere Li-
psiae mulctatum (40) Omni verborum certamine ab-
stinentem nosse cupitis? JOHANNEM NICOLAUM STUPA-
NUM intuemini Basileae, ubi una cum CASPARE BAU-
HINO & FELICE PLATERO AEsculapii sacris preearat, a FRAN-
CISCO HOTTOMANNO, viro ceteroquin doctissimo ac pro-
bo, ideo graviter agitatum, quia nescire se ea fateba-
tur, quae hic scire illum volebat (41).

Talia

(39) Haec de Fuchso vide apud Melch.
Adamum in ejus vita pag. 177.

(40) Duravit enim haec captivitas a secun-
do die Augusti anni 1576, ad usque
octavum Februarii 1586. Consule ejus
historiam cancerum & liberationis divi-
nae, Tiguri 1605, a Christophoro Pe-
zelio editam pag. 462.

(41) Illud in STUPANUM HOTTOMANI, odi-
um ex binis his causis praepucie ena-
tum: Primo quod STUPANUS, "Se ne-
scire dixisset, num Missa pontificio
rum esset blasphemia, ejusmodi etiam
quaestiones ad se non pertinere. De
inde quod existimat, resto a Pa-
latino Electore ex editione sua tot ex-
pulos esse conspiratores: ita enim
verbi divini ministros, qui Calvini par-
tes ruebantur, ab eo vocatos esse. De

Stuponi dubitatione ratione missae Hot-
tomanni manus scribit: "Quo auditio ac-
cessit ad ZULCRUM, AMERBACIUM,
ZWINGERUM, sperans fore, ut mihi da-
retur locus illum apud Collegium
(nempe professorum) obserandi. Nihil
addo, quid respiciat habentem. Ego
demissio vultu Basileensem religionem
admirans, & ad haec novae prope ob-
stupescens tacitus donum redi. Ti-
gurinis urgentibus tandem tamen aliquid
in Stupanum tentandum est; quidnam ve-
ro id sit, non liquet. Adi BAELIUM
in voce STUPPA, qui tamen dubitat,
num haec non ad alium Stupanum perti-
neant. Ejus etiam vitam ex oratione
funebri bevit erat Fraterius in the-
atro suo pag. 1344. sed item eam
non attingit



Talia autem si sola Medicis contigissent, non fuissent profecto satis efficacia, ut omnem hinc religionem Iudibrio habere crederentur. At cum aliis calumniandi causis conjuncta, quis est, qui ea ulla modo no- cuisse negabit?

Quis non somnia per eburneam, ut ajunt, portam emissam me vobis narrare putaret, si sine teste affirmarem, homines sanae mentis alicubi repertos fuisse, qui ipsam morborum curationem atque doctrinam, tamquam officio Christiani hominis reluctantem, Medicis vitio vertere non erubuerint (42)? Atqui eorum tamen nonnullos sic delirantes SYDENHAMUS noster offendit, Angliae Hippocrates, vir singulari pietate conspicuus, ut dirae illius ex Occidente ad nos translatae luis currandae rationem expositurus, antequam hoc opus aggrederetur, contra illos munire se necesse habuerit; partium quippe & muneris sibi demandati indolem, tum charitatis adeo late patentes limites recte & ex ordine praetexens (43). Nonne ipsa, si loqui posset, verba pro nobis pietas faceret? Tam angustis interim cancellis Romani Medici jurejurando adstricti se includere coguntur, ut plus tribus vicibus ad aegrum periculoso aliquo morbo decumbentem accedere non au- deant, nisi is anteaestae vitae rationibus coram sacerdote

G 2 expo-

(42) Audi AMBROSIUM Psalm. 20, dicentem
 "Contraria divinae conditioni praecepta
 "medicinae sunt; quia a jejunio revo-
 "cant; lugubrare non finunt; ab omni
 "intentione meditationis abducunt, ita
 "qui se medicis dederit, se ipsum
 "sibi abnegat. "Prouti sententia haec

introducitur in tripartito opere decret
 aurei fol. 457. col. 2. quod Parisis
 1505. splendide pro more eorum tempo-
 rum in folio impressum est.
 (43) In epistola secunda ad Pamamum
 pag. 326. oper. omn. edit. Leidenf.

expositis sacra interea coena utens fidei suae tesseram exhibuerit (44).

At nihil frequentioribus malis illos implicat, quam perversa isthaec, qualem imperiti imbiberunt ac fovent, de Miraculis opinio, dum omnem rariorem aliquem eventum, sua vel utilitate, vel detimento notatu dignum ad hanc classem referre consueverunt. Hi ergo quum toties omnia miraculis plena intueantur, quum omnia velut monstrofa, imo prodigiorum, ominum, portentorum, ac nescio cujus horribilis arcani imaginem habentia considerent, ubi Medicum nil tale quidquam sentire vident, quidni eum ob divinae potentiae, aut etiam sacri codicis contemtum tacite secum reprehendant? Quasi nulla omnipotentia, sapientia nulla se conspiciendam praebet, quando nunc demum epidemicci quidam morbi ingruunt, quos vel ante condita mundi moenia praevisos divinus Opifex per admirabilem illum naturalium causarum nexum ita ordinavit, ut tempore oportuno advenientes optimo denique fini respondeant. At illis licet omne artis tentamen quidquam prodeesse negares, nisi naturali morbi causa perspecta; infidias tamen potius ex alto fibimet ipsis arcescere, occultasque rerum causas sine ulla uberiore & hominem non ignavum decente perscrutatione in coelo locare malunt. Ipsa vero miracula a nemine minus parvi, quam a Medico haberri possunt. Mortuum in vitam revocare, quam nullius humanae sit facultatis; quot & quantae mutationes in universo corpore ad id re-

qui-

(44) Teste inter alios Adamo in vita Valerii Cordi.

quirantur mortalium ingenio impossibiles , quis illo plenius intelligere potest (45) ?

Quid si vero ab hominibus sublestae fidei ad decipiendos alios miracula consulo fingantur ? Quid , si a Medico postuletur , ut fideliter & accurate inquirat , num insolitus rei alicujus eventus aliunde , quam ex Naturae officina productus sit ? Quantum non mali , quantum odii sibi contrahet , si Naturae vires omnino ad ejusmodi portentum satis esse , contendat ; quod profecto si non fieret , fieri tamen deberet . Ad ejusmodi angustias Medici quidam Galli tempore HENRICI IV. redigebantur . Quum enim princeps hic egregius & mysteriorum nostrorum veritati a primis incunabulis innutritus ad sacra Romanensium perducendus esset , nihil quidquam magis sacrificulorum spei obstare credebatur , quam quod sciebant , illam corporalis , ut appellant , benedicti Servatoris nostri in pane praesentiae doctrinam (si panis modo dici queat jam penitus ex eorum sententia mutatus) maxime consensum Regis impedituram esse . Quamobrem eum fieto quodam miraculo convincere studebant ; subornata quadam muliercula MARTHA BROSSIERIA , quae se a malo daemone obsessam , sed prolato & ostento sacro illo orbiculo protinus iterum liberatam mentiretur . Priusquam ve-

G 3

ro

(45) En HEUMANNUM de hac spretae medicae religionis causa differentem in actis philos. part. I. disserit. I. Sonderlich hat dieses Unglück (loquuntur de Atheismi accusatione) verschiedene Medicos betroffen , als welche wegen ihrer Wissenschaft in der Physic vieles aus natürlichen Ursachen herleiten ,

welches die Theolog: in größtem Ernst der unmittelbaren Wirkung Gottes oder des Teufels zuschreiben . Diefen gaben viele Politici ihren Beifall , und also wurde Religio Medici und Religio Prudentum &e Polonica ein Synonymum atheismi , und hiesz so viel als Religio nulla ,

ro miro huic & inusitato demonstrationis generi Rex prudentissimus adstipularetur, Medicos adhibendos esse censébat, qui verene obfessa esset, inquirerent. At illi, & inter eos Marescotus praecipue, ingenua, ut oportebat, facta inquisitione, naturalia esse multa, facta plurima, a Daemonie nulla respondebant. Detecta & propulsa sic fraude, quid non ab irritatis sacrificiorum animis in Medicos istos tentatum fuisse dicemus? quum praeter Archangelum Puteanum Capucinorum, ut vocant, ordinis sectatorem, ANDREAS etiam VALLA in Sorbonae Collegio Theologus ceteroquin non indoctus, impediti ecclesiae cum Dei hoste certamen, ex sacris pulpitis cum magna verborum acerbitate vociferaretur: donec in tempestivis his censoribus iniquae ejusmodi querelae prohiberentur (46).

Extra

(46) Sic exitum facti hujus miraculi describit GABRIEL NAUDEUS: "La seconde chose notable fut l' histoire de la pol'sedée Mart he Bro ilier, laquelle à dire vrai n'étoit qu'une pure feinte entreprise par quelques zelez Catholi ques & apuisez par un bon Cardinal, afin que le Diable, duquel on feignoit qu'elle fut possédée, venant à être chassé par la vertu du St. Sacrement, le Roi eut occasion de croire la présence réelle en l' Eucharistie, de la quelle prétence ou pour mieux dire transubstantiation ne tenoit pas, qu'il fut entièrement perfuadé Mais lui qui ne se laissoit pas facilement surprendre voulut, qu'auparavant que d'en venir aux exercices les Medecins & Chirurgiens fussent appellez, pour en dire leur avis, lequel ayant été concu en ces termes rapportez par Mr. MARESCOT dans le petit livret, qu'il

"a composé sur cette histoire : Naturalia multa, facta plurima, a Daemonie nulla. Certe pauvre possédée, après avoir découvert l' ignorance & la bêtise de tous les bigots de Paris, fut née de fouë, si elle n'en sortoit bien tôt : Haec NAUDEUS vir summus in suis considerations politiques sur les coups d'état pag. 138. edit. 1712. quae commentatio ante hanc editionem longe rarissima erat; et si non duodecim, veluti in hujus editionis præfatione indicatur, sed ult a centum exemplaria, notante Colomessi, prima vice excripta essent. Qui idem Colomessi est notat, Naudem lucubrationem hanc jussu d' Emery, qui regi a redditum inspectione erat (surintendant des finances), non vero instigante Cardinale de BAGNY, quippe tum temporis jam mortuo, suscepisse : Bagny vero vero a Naudeo nominatum fuisse, ut

Extra oleas me vagari diceretis, si famosi istius Evangelii a BERNARDO CONNORIO exarati longiorem aliquam, quam brevissima esse non posset, mentionem injicerem. Frustra etiam essent, qui ex hoc commentario contra totius Hippocratici populi religionem argumenta desumere vellent: licet paucissima illic habentur, quae nescire nolles, plurima vero, quae nemo sanus facere sua vellet (47).

Minus his omnibus tolerabilis est nonnullorum ex nobis ipsis non quidem impietas, sed ingens tamen im-

pruden-

tanto melius lateret ipse. Voies le recueil de particularités dans les opuscules de Pauli Colomessi pag. 123. Ceterum ipsam de Brossier illa fabulam late eriam Thuanus retulit lib. 123. additque, medicos istos in consilium vocatos Marescotum fuisse, Riolanus, Duretum & Altinum. Primum Duretus vir magni nominis eam vere maligno spiritu correptam esse, affirmat; dum Riolanus interim eam adhortatione ad sanam mentem revocare tentaret. Altinus trimestri spatio, antequam res ipsa dijudicaretur, expelletari volebat. Marescotus vero scaphani scapham appellabat. Imo quum "episcopus" plus allato exorcismorum libro, recitaret primum Aeneidos verbum; puerus laque ad id infrausta (credens exorcismi principium his verbis fieri) affectato membrorum motu a spiritu torqueri se fingeret; Marescotus imposturam non fecens aluctanti manus in cervi- cem injiciebat, eamque consistere debat, spiritumque fugabat. Haec fere ipsa Thuanus verba; qui etiam illa habet, quae in textu de Vallia & Putteano diximus, sed aliquantum longius, quam ut omnia ipsius verbis reddi queant.

(47) Id praesertim CONNOR in suo evangelio medici agit, ut, quum urgeat,

miraculum fieri, posteaquam aliqua Naturae Lex a Deo ipso Suspenda est, miracula secundum leges Naturae ad certas quasdam claves redigat. En exemplum! proponit hanc Naturae legem:

"Corpus in motu constitutum alia corpora, in quae irruit, itidem ad mortuus impellit,

Lege hac iuxta Connoriū a Deo suspensa, tum

"Corpus in motu constitutum, alia

"corpora, in quae irruit, non amplius ad mortum impellit,

"quam diu haec suspensio du-

"rat,

Ad hanc classem varia miracula reducens inter alia "Ex hujus, inquit, legis suspensione corpus humanum, rubus, vel aliud quodvis inflammabile corpus, letam̄ ardentissimo igne undique cin- gatur, poterit tamen non comburi, in cinetes reduci: pag. 55. edit.

A mītelod. Id vero miracula mente conceperit & ratione explicare vocat pag. 27. Quae alia in hoc opere notanda essent, sciens prætereo. Volum modo aliquam ejus institui, quod auctor sequutus est, imaginem exhibere, quia libri hujus, licet non rarissimi, recensionem ne quidem apud ipsum STAPFERUM, si teste memini, deprehendi.

prudentia. Etenim in quem utum tot moliminiibus illam de termino vitae quaestione cum JOANNE BEVERWYCKIO instruximus, viro ceteroquin Batavo ac vere Germano, hoc est, pio valde atque industrio? Cui bono ad sententiam ferendam tot illustres animas, RIVETUM, WESTERBURGUM, VOETIUM, SALMASIUM, DANIELM HEINSIUM, atque adeo ipsam quoque illam divinam virginem SCHURMANNIAM invitavimus? Nisi ut tanto magis idcirco concelebrata hac disputatione, ab illis, qui terminum istum immobilem ponunt, si malevoli esse velint, plurimum obtrebatonis arti salutari fieri possit. Nunc enim eorum nonnullis temeraria illa Ars audit, quae terminum hunc producere tentet: nunc impudentiae & impietas postulatur Medicus ipse, qui illum revera productum esse in sinu gaudeat (48). Quo jure haec diciqueant, nunc non quaeritur. Fere semper aliquid labis & maculae jam inhaeret, si modo accusatio quedam non frustra, nec de nihilo institui potuisse videatur.

Ex eadem imprudentia, quamvis aliter comparata, multo majus impietatis argumentum aliquando petitur est, posteaquam ANDREAS VESALIUS ex nostra Clivia oriundus & ingens renascentis Anatomiae incrementum, infelicem profecto gravissimumque errorem praecipi curiositate commisserat. Erat quidam ex Hilpania no-

bilis

(48) Quaestio haec de vita termino agitabatur circa annum 1632. Quum ergo pellis anno 1633. in Belgio graffaretur, Senatusque Amstelodamensis, ad ejus progressum impedendum, optimis quibusvis mediis ex medicorum instituto ut-

retur, erant sane, "qui cautelas has ridebant, utpote ejus opinonis, pestem a Deo immitti, inevitabilis hunc potius, quam illam tollendi decreto, ut CASPARUS BARLAEUS CUNAO suo refert, cui hic responder: Quae

bilis ejus curae aliquando commissus; quem quum morbi quodam genere sibi hactenus incognito exspirasse crederet, corpus ejus aperiendi veniam ab illius amicis quaesitam impetrat. Dissecto tum pectore, ecce, cor adhuc palpitans manu prehendit. Igitur a defuncti necessariis non modo caedis coram judge, sed ipsius etiam impietatis coram illo, uti vocant, sacrae Inquisitionis tribunal accusatatur. Nec capititis poenam evitandi ulla spes supererat, nisi cum universa aula ipse Philippus II. Hispaniarum Rex preces suas pro illo interposuisset. Absolvebatur ea lege, ut Hierosolyma & in Sinam montem ad expiandum tam capitale crimen sacram peregrinationem susciperet: a quibus deinde locis redditum parans in itinere supremum diem obiit (48). Quandoquidem vero infelicem hunc eventum nulla arte celare allaboraverit, quidni ab impietatis & pessimae fraudis culpa liberaremus illum, qui

H

quum

" sancta publice apud vos esse scribis,
" ne latius serperet contagio, summam
" magistris vestri sapientiam arguunt. Sed & tecum detentor excorior
" que eos, qui quicquid de fato pro
" videntiaque, arcans Dei confilii, per
" scriptum in facto codice extat, illuc
" detorquent, ut adversus pestem & a
" lia id genus mala nullum cautioni
" diligenterque & pia curis precibus.
" que, quae passim a Deo mandantur,
" relinquunt locum. Quotum ego o
" pinionem omni peste exstimo perni
" ciostorem. Vide PETRI CUNAEI E
" pistolas pag. 300. 302. Nolo
" existimes. damnum humanae in
" industriae contentum unice a me Bevero
" wickianae isti quaestioni adscribi; vides
" tamen inde, quo ejusmodi quaestiu
" natos ducant,

(48) Ita rem omnem accurate recenset vir insignibus dignitatibus functus fideique, si quis alius, probatissimae HUERIUS LANGUETUS in peculiari quadam epistola ad Casp. Peucerum, quam vero in duabus diversis Languetianarum epistolarum voluminibus non invent. Eam tamen integrum dedit toties laudatus MELCH. ADAMUS pag. 123, quam hic sequutus sum; quin alii eandem rem alter commemorarent. Quemadmodum Par
reus in Speculo chirurg. lib. 23. cap. 46. Hispanam eam matronam su
isse refert, uterina suffocatione laboran
tem; Vefalium autem ad eam fecio
nem vocarum esse; eam denique totam
ita revixisse, ut & clamore & manibus
pedibusque concutis vivam se omnibus
probaret: quae singula apud LANGUETUM
aliter; cum quo tamen THUANI descti.

quum errorem hic suum, nullam vero culpam agnoscet aut impietatem, illum etiam utpote ex nulla animi malitia profectum nec sibi, nec aliis excusandum esse censuit. Et sane latere eum minime poterat, licet in aliis rebus nunquam fere satis cautum sit, quid quisque vitare debeat; fere tamen a nullis majore cum cura, quam a Medicis, agendum esse, quum eorum errores illuc, unde quenquam redire negant, ducere consueverunt.

At impietatis suspicionem omnem difficulter admordum MACHIAVELLI istius MEDICI auctor, quicunque demum fuerit, sive BARNERUS ille, sive alias quispiam, amolietur, reipublicae nostrae dignitati egregie damnofus; sive ille revera juniorum animos ad splendidas fraudes & improbitatem conformare; sive potius varias illes artes, ab imperitis solidioris doctrinae loco usurpari solitas, ingenuis Medicis manifestare voluerit; ob

quem

ptio consentit, quam Jos. LANZONIUS jam excerptis oper. medic. omn. tom. 3. pag. 260. Apud ipsos vero medicos de medicis plerumque pauciora habentur, ut si quid fecerit velis, id apud alios ut plurimum quaerendum sit; quod prima fronte miraberis.

Ceterum pone, istum Hispanum vere mortuum fuisse. Tum certe Vefalii manus multo calidior esse poruit. At qui & animalium vere extinxitorum corda calore fota motum aliquem recipiant. Nonne hoc in Vefalii excusationem usurpari potuisset? Ceterum simile factum, immo peius adhuc referri solet de IACOBO BERENGARIO CARPENSIO; ex quo perperant nonnulli binos medicos componunt alterum Jacobum Carpum, alterum Jacobum Berengarium Carpensem vocantes. Euna vero duos Hi-

spanos, cui populo piacipue iniuricus fuisse dicitur, Gallica lue laborantes viuis Bononiae ad anatomica exercitia dissecuisse, ideoque urbe pulsuum Fertaræ ob ille vulgo tradunt, sed nescio quo probato auctore: Vide PETRUM CASTELLANUM in viris illustrum medicorum, & ex hoc FAHERUM in theatro. Eum vero defendit Clericus, qui inde calumniam etenam fuisse vult, quia Berengarius hic inter primos fuit, qui non modo anatomica exercitia instituit, sed quam plurima centena cadaverum hoc modo usurpavit, ut ipse hoc nomine se laudat. Unde plebs insolita omnia augens, vivos etiam ab eo dissecari dixerit. Vide ejus eruditissimum opus Histoire de la Medecine pag. 792, edit. Hagan.

quem posteriorem scopum in eundem scriptorum centrum redigendus esset, in quo nonnulli Florentinum illum Machiavellum collocandum esse, arbitrati sunt. Ut cunque autem haec se habeant, longe melius nobiscum actum videri debet, posteaquam nostrum aliquis, idem nimis ille, cuius jam non sine laude meminimus, VALENTINUS spurium hunc, & fere a matre adhuc rubentem foetum pie & erudite refutare, e re nostra censuit (49). Quid fingi ergo iniquius potest, quam ex improba illa fraudum farragine non modo vanas conjecturas facere, verum etiam criminosas & aequis rerum judicibus indignas sententias ferre, hoc est, inde ipsam Medicorum religionem metiri velle? Id vero licet publice & ordine non fiat, quis tacite tamen fieri dubitat? Rari enim prosectorum sunt, qui veram piетatem non modo ad omnia utilem, sed utilissimam esse sciant. Itaque quis miretur, perversos homines ad iniquitatis & propriae malitia normam aliorum quoque facta exigere?

Uti eidem impietatis suspicioni augendae, ita & toti Chemicorum utilissimo instituto culpando haud exiguum cumulum addiderunt, qui sacrī talibus non rite initiati ad chemica tamen experimenta insano quodam instinctu feruntur. Quis enim malam fidem ab illis omnibus removerit, qui dum animam verius, quam vitam agunt, suum tamen immortalitatis pocu-

H 2 lum

(49) Titulus hujus libri est: MACHIAVELLUS medicus de ratione statu medicorum. Ille in artis studiorum magnis primo mitus verfari coepit, deinceps

etiam typis editus. Eum denuo recusum & ubique refutatum. Valentinus sua praxi medicinae infallibili addidit.

lum mirifica impudentia venditant? Quis impietatem, quum a terrenae vanitatis contemtu phaleratis suis di-
Etis laudem petentes, auri interim fluminibus immansi-
ti inhient? Quis scelus, dum ad aurum non confici-
endum aliis, sed sibi compertandum credulorum mar-
supia emulgent? Astutissimi profecto agyrtae, nec raro
capitis damnati! ne putetis, non nisi unum saltē aliquem KLETTERBERGUM per hanc causam anno hujus
seculi vigesimo morti datum fuisse, in Dresdensi aula
haud exiguis muneribus antea funētum (50). Tales igitur
nunc atra bile turgidi ineptiora quaevis HELMONTII,
docti ceteroquin viri, diatamina propagare; nunc in
tenui re ingentes spiritus fumentes vinoque & vanitate
ebrii pessimas saepe PARACELSI fabulas, Medici non alias
inutilis, evehere. Quo paecto nonnihil quoque in
nostram artem semper redundat, Chemiae quippe
non minus, quam universa naturalis doctrina, affinem
ac veluti sororio vinculo nexam atque copulatam.

Est & aliud quoddam hominum genus, qui non
socias modo aliquas scientias, sed ipsam quoque mor-
borum curam illotis manibus arripiendo plurimum
mali Medico ordini attulerunt. Exitisse homines,
mente ceteroquin non captos, qui ab aliis, quam Medicis,
artem nostram proprie exercendam esse, serio ur-
geant, vix, opinor, crederis. At credatis tamen,
oportet, si, quae dicturi sumus, audieritis.

Agitabatur Parisiis violenta lis quaedam circa fi-

nem

(50) Erat cubicularius & praefectus Senf-
tenbergae. De ejus supplicio agitur "in
den remarquablen Briefen von' alten
und neuen insonderheit Sächsischen Be-
gebenheiten, quae Friburgae 1720,

prodierunt, 2tos Couvert. Ipsi vero
artificia, quibus in cingendis metallis impo-
stores uti solent, plurima docte recenset
Geoffroi, Histoire de l' academie royale
des Sc. de l' ann. 1722.

nem praecedentis seculi inter Medicos hujus loci partim, partim inter Monachos istos, qui a certo vitae & vestibus genere Capucinos se vocant (51). Dum utrique ad aegrum quandam periculoſe decumbentem CAPPATRUM nomine vocati diversam medendi rationem sequerentur, moriebatur interim aeger. Continet & hic, quod nunquam non in ejusmodi malis fieri amat: Monachi nempe in Medicos, & hi vjçissim in illos magno cum animorum fervore maledictis invehabantur. Per eam tum occasionem quidam sine nomine Episcopus mirificam hanc sententiam tulit: "Sa" cerdotibus hoc proprie munus demandatum esse, "ut medica manu opem aegrotis ferant; id etiam "Sapphirum lapidem in eorum annulo resplendentem, "celebre nimirum contra pestiferum morbum medi" camen, satis superque indicare (52).

Haec tametsi non fani hominis esse, insanus ipse Orestes juraret; deest tamen nec ejusmodi nugis suum saepe apud plebejos pondus, sua virulentia. Adde omnium controversiarum, quae tam disparibus armis agitantur, ingenium & imperitorum, qui primi judicant, temeritatem. Quid hi porro non facient, ubi

H 3

nulla

(51) Vulgo Les peres Capucins du Louvre.
 (52) Ad hanc controverſiam fatus acriter agitata litterae illae pertinent, quas exhibet le Nouveau Mercure Galant du mois de Novembre & de Decembre de l'année 1678. In his inter alia ad monachos istos anonymus episcopus: Qu'il "frait, que leurs Envieux publient, que "ce n'est pas à des Capucins d'exercer "la Medecine. Qu'il voudroit, qu'on "eut fait savoir à ces Jaloux inconsidé"rés, que cet employ est de droit ecclé-

"astique, & qu'il n'appartient, qu'aux "Prestres, d'en faire la fonction, "par le "motif de charité qui les anime, sans "espérer d'autre récompense, que celle de "plaire à Dieu en soulageant le prochain, "Que c'est pour cela que tous Evesques "portent un saphir dans leur anneau pa"floral, pour les faire souvenir, qu'ils "doivent assister les pestifères & les gue"rir par la vertu, que la Nature a ren"fermée, dans cette pierre précieuse, "Haec ex mente Novembri,

nulla peculiaria quaedam coeli commercia in artis commendationem a Medicis produci : si nulla ab aethereis sedibus petita medicamina ostentari videant ? dum alii e contrario supremi cujusvis genii famulantem dextram in rei miraculum audacter & tantum non digito monstrant. Videte Medicos hic inter sacrum & saxum constitutos , eorumque vel religionem suspectam vel contemptam artem ! Haec mera profecto aerugo est , hic succus nigrae loliginis !

Intelligitis , ni fallor , A. A. quid causae igitur fuerit , cur omnis divini cultus omniumque virtutum contemtus tandem Religio Medica diceretur ; quid originem huic dictorio derit , unde hoc fuerit confirmatum .

Falleretur tamen , quicunque nec plura , imo vero nec maiora superesse existimaret . Idem sane mihi nunc evenire sentio , quod contingere illis solet , qui ad immensa illa Alpium juga enituntur . Hi simulac omne iter illud , quo ad summum montis cacumen se perventuros esse credebant , eluctati sunt , nova iterum montium capita prioribus non minus elata se e nubibus exserentia conspicunt attoniti . Idem qui paulo ante exantlandus labor erat , de novo ferendus est . Itaque & mihi alii semper aliquique scopuli deteguntur , quibus bona Medicorum fama saepius allisa non exiguum jacturam passa est . At ea quo minus illis supereraddam & tempus prohibet & prudenteria multo maxime . Qui in Rhetorum campis educati sunt , bene eos memini non a longitudine , sed a copia atque ornata sermonis omnem sibi laudem venari solere . Verum ego neque a longitudine aut brevitate , neque ab ornatu aut copia dictioris , sed quum a vestra aequitate , tum a rationum pondere causae nostrae probationem sperare malui-

Haec pauciora si nondum aequorum assensum
impetraverint , plura certe iniquorum
calculos etiam non extor-
quebunt.

D I X I .

26) (63) (38

DOMESTICORUM
VOTORUM
PIETAS.

E L E G I A
P A T E R F I L I O.

S era quidem nondum sensus fuit orsa senectus ;
Gratia sit Superis , debilitare meos ;
Jam tamen incipio paullatim rarius uti
Artibus & cithara , Phoebe decore , tua :
Sive lubet molles Elegos cantare sub arta
Vite , Tomitani more modoque Senis ;
Sive Sacram potius graviori pectoris oestro
Concitus & Clario Numine tango chelyn ,
Quam feriit docto Venusinus pollice Vates ,
Caesaris invicti gesta Deosque canens .
Nunc tamen in scenam cum te pia Fata , theatro
Ut peragas partes mysta patente , vocent ,
Mysta sacrae Sophies , imbute Machaonis arte ,
Et nitido , Fili , Phocidis amne simul ,
Excitor , ut , toties aliis quae prensa , resumam
Nunc quoque , deterso pulvere , plectrā tibi .
Non tamen ut multis hortans ambagibus utar ,
Exacuam monitis & tua corda meis ;
Ardua Virtutis cui semita sponte terenda ,
Palmaque , si fuerit rite petita , placet :

Nec

Nec tibi concessas Superorum munere dotes
 (Gratia coelestis solius illa Patris)
 Laudibus ut multis ventosus ad aethera tollam,
 Ceu solet in nugis ambitiosa cohors;
 Ad cuius scabiem, levis & mendacia famae
 Nauseet ingenuo laudis amore calens,
 Mireturque legens expertia verba pudoris,
 Apta tamen curtas prodere mentis opes:
 Sed tibi felices obeundis rebus ut auras,
 Ingreditur plenum dum mare cymba, precer;
 Utque Deum venerer supplex halantibus aris,
 Et Clariam tangens ad pia vota chelyn:
 Vota nihil motu poscentia mentis anhelo,
 Quam tibimet similis semper ut esse velis;
 Aonias artes, Sophies & amabile nectar
 Poeoniis jungens cum Pietate facris:
 Tum venerandarum, quas dia Volumina pandunt,
 Cognitor, his gazis non alienus, opum.
 Nostri etenim, nostri, quam sint duo fixa per aequor,
 Horrida naufragii saxa cavenda suis:
 Coeca Supersticio, Levitas & dira, Celaeno
 Coelestes temerans turpiter ungue dapes.
 Utraque tartareo quoties fera bellua rictu
 Spumat in humanum tetra venena genus!
 Utraque diversa quam labe per omnia grassis
 Secula letiferum perfida virus agit!

Pocula Circaeae non tam nocuere vagato
Per mare Dulichio pernicioſa manūs:
Colchis Iolciacis non ulla venefica fibris,
Impius aut Saganae Canidiaque furor.
Pestibus his geminis nunquam magis esse cavenda,
Scis satis, in Siculo monſtra marina freto.
Scis quoque, quam multis scelerata Calumnia labem
Sparserit innocuis tetricor ipsa viris:
Ipsa suis maculans rectiffima dogmata nugis:
Ipsa meras fordes, ut scarabaeus, amans.
Pectoris iſta gerens imis tibi fixa medullis,
Omen inexſtinctae proſperitatis habes.
Hoc homini, pariterque Deo, cui nascimur omnes,
Hoc aptum faciet te probitate tibi.
Hoc mea, nil aliud, ferventia vota requirunt;
Hoc tua mens ſpondet fedulitatemque mihi.
Mite Dei numen ſimul & venerabile, quaeso,
Optatis jubeat pondus inesse meis!
Ad maiestatem cuius velut obruta densis
Undique miraclis mens hebefacta ſtupet,
Miraturque ſimul tantae bonitatis abyſſum,
Cujus ope hoc omnes, quod ſumus, omne ſumus.

Filio cariſſimo

ſic novam Spartam gratulatur amantissimus Pater

JOANN. HILDEBRANDUS WITROF

Hiftoriar. Eloquentiae & Graecae Linguae
in Acad. Duisburgensis Professor Ordinar.



Die Vorzüge eines Weisen,

bei Gelegenheit /

Als der Hochdelgebohrne und Hochgelehrte Herr

H E R R

Johann Philip Lorenz Withof

Der Kunstkunst Doctor, der Königl. Groß-Britannischen, wie auch der
Deutschen Gesellschaft in Göttingen Correspondent und Mitglied,
und bei der Medicinischen Facultät auf der Hohen Schule zu Duisburg
bisher gewesener Professor /

Sein öffentliches Amt als Professor der Philosophie

Geschichte und Veredsamkeit
auf dem Königlichen Gymnasio Illustri

i m H a m m

den 4ten December 1752. feierlich antrat /
in nachstehender


O d e

besungen von Derselben

ältestem Bruder.*

* Balthasar Eberhard von Withof.

Königl. Geheimer- und Pupillen Rath in Berlin.



Tu licet extrempos late dominere per Indos,
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorant:
Si metuis, si prava cupis, si duceris ira,
Servitii patiere jugum, tolerabis iniquas
Interius leges

Claudianus IV. Cons. Honorii.

* * * * *

Steund! Bruder! ja/ es bleibt dabei/
Das Glücke dienet nur dem Weisen;
Nur er ist groß und reich und frey;
Sein Stand ist nimmer Anna zu preisen.
Krin Gut des Schicksals blendet ihn/
Womach sich Ehren nur bezeichn /
Und beim Besiege doch nicht rasten.
Er sucht an Nahe reich zu seyn;
Er schließt sich in sich häuzlich ein;
Im Herzen liegt sein Schatz/ und nicht im schreiherrn Kasten.

Nie, wenn das Glück ihm glüchtig weht/
Wird er aus Hochmuth sich erheben/
Noch/ wenn es sich bald wieder dreht/
Der fallen Wuh sich übergeben.
Ein Weiser steht im schwersten Sturm/
Ganz unbeweglich/ wie ein Turm;

Er

Er gründt sich auf des Himmels Güte;
Und müsse selbst die Welt vergehn/
So würde man doch nimmer sehn/
Dass sein erhabner Geist in Zweifelmuht geriete.

Die Vorsicht ist ja ewig gut/
Und kan nichts als nur Gutes wollen.
Was sie mit uns beginnt und thut/
Hat uns doch endlich dienen sollen.
Dem Pöbel fällt der Muth nur hin/
Wenn alles nicht nach seinem Sinn/
Wiewohl zum Schaden/ sich will schicken.
Er plagt die Fügung falschlich an/
Und sucht wohl oft aus tolem Wahn
Sich davon zu befrein mit Stahl und Gift und Stricken.

Geheft! so thut ein Weiser nicht/
Der auf den Auschlag aller Sachen
Mit Vorbedacht sein Auge richtet.
Er sieht die treue Vorsicht machen/
Und wie ihr alleit weiser Schluss/
Der nie des Zwecks verschlein muß/
Ohn uns auf unser Wohl gesehen.
Aus Colouannten precht er Sose/
Der uns ein rechtes Labhal schafft;
Oft ist der Hafen nah/ wenn man glaubt zu vergehen.

Sein jederzeit zufriedner Geist
Macht über sich ihn selbst zum König.
Was uns aus unsrer Freyheit reiht/
Ist seiner Höheit viel zu wenig.
Er lässt seinem Laster Raum/
Hält die Begierden fest im Zund;
Er ist sein eigner Uebermunder.
Nur ein verwöhnter Thor allein
Will seiner Drieben Slave seyn;
Er schniedt sich Fesseln selbst; ist seiner Pein Erfinder.

288/

Sis / das ein Glückes-kind päßlich steigt/
Geschworenet mit geborgten Tüchlin;
Das kaum so viel Verdienste zeigt /
Als man oft finde in groben Kitteln;
Dies föhret nicht des Weisen Ruh;
Er sieht der Einfalt liechlid zu /
Wenn man mit Glitter Goldt prahlet.
Er hatt und Nahm und Farb und Schein;
Er sucht was Wirkliches zu seyn /
Und findet am Ende sich auch nach Verdienst bezahlet.

Auch Dir / mein Bruder / schle dies nicht;
Dein Fleiß ist nicht umsonst gewesen.
Du kannst jetzt voller Zuversicht
Der sauren Arbeit fröhliche lesen.
Du wirst nun / welch ein solzer Nahm!
Ein Priester in dem Heiligtum;
Der göttlichen Sophien werben;
Dabey macht künftig auch dein Mund
Der frohen Jugend lehreich lumb
Den Kern der Nieder-Kunst / das Schickal unsrer Erdell.

O! stell ich mir die Eltern sie /
Die uns des Himmels Gunst gegeben /
Und deren grosse Seele mir
Wird ewighin für Augen schweben;
So seh ich sie jetzt ganz verüstigt /
Da Dir Dein Wunsch so wohl gelingt;
Sie überdenken ihren Segen.
Was fühlet ihre sarte Brust
Nicht für ganz ungemeine Lust?
Da sie Dein leimend Glück in füller Ruh erwegen

Und ist es / wie es ist / so groß /
Wie? sollt es mich denn nicht begeistern?
Die Bruder Triebe reissen los /
Den Durchbruch kan ich nicht bemeistern.

Gie

Sie gleichen einem Strom / den man
Swar unglich fucht / so viel man kan /
In hohen Ufern einzuschliessen;
Der aber dennoch alsbald /
Wann solches bricht / sich mit Gewalt
Und starkem Brausen wird aufs weite Feld ergießen.

Beneidungswürdig ist der Stand /
Woрин man jedem unglich lebet ;
Dies bleibt dem Pöbel unbekant /
Der nur an niedern Staube lebet.
Sein blindseind Auge sieht nicht ein /
Dass wir gefüssen sollen seyn /
Des Nachsten Wohlstand zu vermehren.
Der Menschenfeind nur ist ein Licht /
Das andern scheint / sich selber nicht /
Und allgemach sich müs in fremdent Dienst vergezren.

Du bist / mein Bruder / auch der Welt
In Medicinens edeln Orden /
Der stets den Vorzug bey dir hält /
Schon längst ein unglich Glied geworben.
Gewis höchst loblich ist der Fleiß /
Wodurch ihr schlauer Priester weiss /
Des Nebels Wurzel selbst zu heben /
Und / kennt nur erst sein kühner Witz
Desselben Ursprung / Grund und Sitz /
Wohl gar Morbotens Haust Gesetze sucht zu geben.

Nicht dieses nur ! auch in dem Amt /
Wozu dich jenes Oberwesen /
Woz dem doch unser Glücke stammt /
Nach seinem Rathschluß ausserlejen /
Kannst Du Dir künftig jene Schar /
Die sich stellt lernbegierig dat /
Verbindlich / und mit Segen / machen;

Wann

Wann Du ihr weisen wirst die Spur
Der künftlich wirkenden Natur /
Die Gottes Allmacht zeigt selbst in den Kleinsten Sachen.

Wie klärtst du ihr Aug und Ohr
In Deinen Mund nicht täglich hängen?
Dann nur ein eingebildeter Tröster
Trägt dies zu wissen kein Verlangen.
Sein in der Welt verlorenes Herz
Treibt mit der Vorsicht eiteln Scherz;
Sie bleibt ihm vor wie nach verdächtig.
Er thut bey seiner Armut groß,
Und sieht nicht / daß er nackt und blos.
Wer handelt wohl / wie er / so blind so niederträchtig?

Alein wie ängstlich / wie beschämmt
Wird dieser Klägling weichen müssen?
Wann ihn der Philosophie schlägt
Mit ewigen und starken Schlüssen.
Und diese Waffen brauch auch Du /
Mein Bruder sei ihm mutig zu;
Er muß sich endlich kraftlos schwiegen.
Lehr Deiner Dir vertrauten Kunst
Auch diese Kunst / so wird Vernunft
Und Gott und Weisheit doch / trog jenen Sklaven / siegen.

O ! welch ein Vorzug / Reiz und Glück
Ist mit der Würde nicht verpaart /
Die das so glänzige Geschick
Vor Dich bis hiehin aufbewahret.
Es blendet einen Weisen nicht
Ein etwas nur entlebtes Echt;
In Land wird er sich nicht verlieben.
Sein / auch beim Pöbel / grosser Geist
Wird nicht mit Hülsen abgespiet;
Er wird von Ehrengut nur und Großmuth angetrieben.

Was

Was aber noch dein Glück vermehrt /
Ist/weils in Friedrichs Staaten blühet /
Wo man ihn fürchtet und liebt und ehrt /
Und längstens schon verewigt siehet.
Sein Adler wacht und schlägt zugleich
Dies weit und ausgedehnt Reich /
Werin sich Ruh und Segen küssen;
Werin auch häufig wächst die Zahl
Der Fremden/ die bei dieser Wahl
Sich stets vergnügt/ beglückt und selig preisen müssen.

Hier wird die Unschuld nicht gedrückt,
Sie findet einen sichern Hafen;
Hier darf sie nicht aus Zwang geblickt/
Der frechen Bosheit sich verslaven.
Die keusche Themis/ die zuvor
Sich von der Welt fast ganz verlohr/
Und kaum den Schwatten hinterlesse/
Stellt sich hier ganz verzügter dar;
Man baut ihr Tempel und Altar;
Man opfert ihr jetzt rein/ da man sie sonst verstießt.

Die Künste streiten um den Preis
Durch Zuschub grosser Macenaten.
Es lädt sich der Gelehrten Fleiß/
Und was er schafft/ ist wohl gerathen.
Wer hofft auch Kunstighin nicht viel
Von Deinem schon gefürbten Kiel?
Da sie/ mein Bruder/ Dir gewogen.
Der Ehreiz wird so leicht nicht satt/
Wenn man erst solche Söhner hat/
Die sich nie überreilt in ihrer Wahl betrogen.

Und wärest Du nur in Berlin/
Und hättest so/ wie ich/ vernommen/
Wie herrlich hier die Künste blühen/
So glaubte ich Dein Glück vollkommen.

K

Man

Man sieht des schönsten Hofs Pracht/
Die uns fast ganz zu Augen macht/
Hier mit Erstaunen täglich glänzen;
Man sieht sie; aber glaube mir/
Kein Dichter Kiel beschreibt sie Dir;
Warum? sie ist zu groß; sie kennt keine Grenzen.

Doch wo der frommen Poesie/
Die Vorsicht wird den Wunsch gestalten/
So seh ich Dich fröhlich oder frisch
Auch noch auf unsern fetten Matten.
Irgendwo mag was will geschehn/
So wird es Dir doch wohl ergehn/
Wo bin Dich auch das Schicksal wiese.
Du trägst den verborgnen Schatz
In Dir; drum ist Dir jeder Platz/
Wo Gott und Weisheit herrscht Dein schönes Paradies.



JUVENALIS SAT. X. 356.

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano



U trasque Phoebi Docte scientias,
Et quae salubri Corporis, & sacro
Quae Mentis impendunt honori
Notitiam vigilesque curas,
Dilecta Frater, dum tibi candido
Sublime munus sidere creditur
Arcana naturae docendi,
Quaeque ferunt decus omne, laetor.
Mens sana fano corpore si datur,
Tumultuosum dum gracili mare
Transimus hoc vitae carinâ,
Quid superi potuere majus,

Aut

Aut quid petendum pluribus hostiis
Praestare nobis? omnia possidet,
Quicunque compertus faventem
Cum facili Sophien Hygeâ.
O ter beatum! cui gemino licet
Hoc apparatus munere Persicos,
Censusque Hydaspeos, & omnes
Attalicas superare gazas.
Utrumque dudum concilias tibi:
Utrumque callens in sapientiae
Nunc templa deduces juventam
Artibus ingenuis politam.
Servire summi laudibus en Dei
Sic explicandis, sic potes alteri
Cuicunque viventum, tibique
Tot studiis bona copulant.
Adst faventis gratia Numinis
Et cuncta laetos ducat ad exitus.
Cui non deest haec una, vitam
Nil deerit faciens beatam.

Ita Fraterno animo & affectu precatur
FRIDERICHUS THEOD. WILTHOF.
Theol. Cand.

F I N I S.

Corrigenda in Textu
pag. 7 lin. 9 legendum quanto non odio.
- 40 - ult. - proferte,
- 51 - 4 - ullo modo.
- 56 - ult. - commiserat,

in Notis
pag. 14. column. 2 lin. 14 legendum pag. 577.

00 A 6300



Sb.

03.03.2013



B.I.G.

Black

19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres

Farbkarte #13

Blue

Green

Yellow

Red

Magenta

3/Color

White

Black

JOANN. PHIL. LAUR. WITHOFII, J. H. F.

MED. DOCT.

ACAD. SCIENT. BRITTAN. ET SOCIET. GOTTING. ADSCRIPTI

ORATIO DE RELIGIONE MEDICA

CORAM SENATU POPULOQUE HAMMONENSI
PUBLICICE d. IV. DECEMBRIS CICOCCLII, DICTA,
QUUM ORDINARIAM

HISTORIARUM PHILOSOPHIÆ ET ELOQUENTIÆ
PROFESSIONEM
SOLEMNITER CAPESSE RET.

HAMMONÆ, TYPIS F. W. UTZII, GYMN. ILL. TYPOGR.